det ab alio. &c. Ponitur rnsio ben. quoli. xij. q. v. Sz veniedo ad opinionez doctoris vt moris est dr. quod ista questio pt intelligi quadrupliciter Primo de fine obscure apphenso in vli Scdo de fine obscure apphenso in pticulari. sicut ocipimus beatitudine in deo trino Tertio de fine clare viso in hnte volutatez supnaturale eleuata. videlz in hnte volutate pfectiore p habitu supnaturalem. i. caritatis. Quarto de fine clare viso in no hnte hitu supnaturale in volutate. posito quod deus de potentia absoluta se onderet intellectui n dado hitu aliquem supnaturale voluntati. ¶ Ad pmu dicit doctor quod fine apprehenso in vli quod sicut volutas no fruitur necessario his que sunt ad finem nec etia illo fine vlr apphenso & in comuni. Ad scdm dr quod n necessario fruitur fine viso i pticulari et obscure. Ad tercium quod volutas eleuata p hitum caritatis n necessario fruitur qntu est ex pte sua. Ad qrtu dicit quod volutas n eleuata supnaturaliter potest frui vltio fine sibi psentato. Sanctus doctor tenet vbi supra quod postqz volutas clare vidz obiectu quod illa visio & ouenientia obiecti necessitat voluntate. Sed doctor ocludit quod volutas no pot cogi. Sz tota vis et difficultas i hac materia est in vbis Augustini. xiij de trini. c. iiij. vbi dicit quod oes volut ee bti naturalr. g necessario volunt vltimu fine in quo e btitudo. Ad hoc doctor rndit quod dictu Augustini intelligitur hitualr. i. naturali iclinatioe & no actualr. Ulterius dicit doctor quod in hituali appetitu no est fruitio sed i actuali. Etia nota hic quod volutas licet possit in velle & i suum oppositu qd e no velle tn n pt in suu otrariu qd est odire deum. Na hoc est o rones voluntatis cu odire deu sit simplr malu quod n comphenditur sub obiecto volutatis. iij. ethi. Na ibi habes quod bonu absolute est obiectu volutatis. Sz si quis diceret. damnati oderut deu ex illo ps. Qui te oderut. dr quod odiu capitur hic qui te oderut. i. noluerut. Sed volutas nostra pot ne ab aliq ca necessitari. dr quod volutas pot capi quadruplr. s. vt passiua et vt receptiua vt actiua & vt pductiua. primis duobus modis pot necessitari cu pati no sit in ptate patietis. Sz aliis duobus modis no necessitatur Ad argumetu in principio dicedu quod intelligitur de appetitu vel inclinatioe naturali in habitu. no aut de appetitu actuali.

Uinta et vl

tia qd pme distictois vbi doctor querit questiones quinqz. Primo vtru deo ouenit frui. Secundo vtrum viator fruatur. Tercio vtru peccator fruatur. Quarto vtru bruta fruantur. Quinto vtru oia fruantur. Uidetur quod no. qz fruitio est respectu finis. Sed deus no habet finem. g &c. ¶ Ad oppositu deus amat se & no pter aliud. g fruitur se. Consequentia tenet. qz si amat se aut vtedo aut fruendo. Dicedo ad qstione. in aliqbus reperitur quod allegatur sapies i diffinitioe dei sic inquies. Deus e spera

intelligibilis. cui⁹ centrū est vbiq̄ʒ. circūferētia nusq̄ʒ. Hoc s̄m doctorē irrefragabilē quē fratrē Alexādruʒ de hales noīant prima p̄te sūme. et hermet⁹ termegesti ī ꝓpetario suo. frat Bartholome⁹ asserit hāc eē se/cundi phi in de vita phoꝝ. Sʒ veniēdo ad q̄ōnes. Ad primam dr ꝙ deo ꝯuenit frui. q2 volūtas sua fruitur suo obiecto. licet ñ fruat illo tā q̄ʒ fine. q2 sic esset finis suꝑpsius.

¶ Ad secundā questioneʒ dr ꝙ viator fruit. q2 p actū amicicie vult do in se bñ eē. ḡ illo fruit. Nā tal' actus ē fruitio z non actus desiderij. Ad terciā questionē dr ꝙ pctō2 fruit. nā licet pctō2 in alio quietet nō tñ īmobiliter. Nā īmobiliter quietari ē in actu irreferibili appetēte obiectum qḋ satiat. i. in deo vl' in īfinito. Ad quartā questionē ꝙ bruta nō fruūtur. Et si Aug⁹ videt dicere ꝯtrarium dʒ intelligi sua autoritas ḋ fruitiōe abusiua. Nā ꝓprie frui ē amo/re inherere qḋ in bestijs nō inuenit vt p̄t haberi. viij ethi. Ad quintaʒ q̄ōneʒ dr ꝙ nō oībꝫ cōuenit frui. nā frui ꝯuenit hñtibꝫ rōneʒ z appeti/tū. Et appetit⁹ dʒ sequi actū ꝯgnoscendi. Sʒ lapidibꝫ alijsq̄ʒ rebꝫ inanimat⁹ ista nō cōueniūt. igit sequit ꝙ nō oīa fruunt. Ad argumētū in principio dr ꝙ licet de⁹ nō sit finis sui. tñ respectu volūtatis sue ē obiectū illud cui nata ē ꝯpetere rō finis

Irca secūdā distinctionem c in q̄ q̄runt aliquę q̄stiōes. Et p2imo ponit primā. in qua ponunt due. vna realis. s. vtrū sit in entibꝫ aliqḋ actu īfinitū. Se/cūda vtrū deū eē sit p se notū. videtur ꝙ nō Nā Aristoteles. viij. phisi. dicit. si eēt virtus infinita moueret in nō tp̄e. nulla aūt mouet in nō tp̄e. ḡ nulla nāa est īfinita. Ad oppositū. viij. phisi. ꝓbat primū mouens eē potentie infinite. q2 mouet motu infinito. Et primo argumē/to in p̄te falsaʒ rñdit frat Guilhel/mus Varro. di. ij. ꝑmi. q. j. soluendo quintū argumentū. Et hoc sigt doctor dū dicit Rñdit ꝙ maior ē vera ⁊c. Notādū tñ ꝙ quidā libri hñt hic terciā q̄ōnem q̄ incipit. vtꝝ sit aliqḋ ens simpl'r primuʒ. sʒ nō ē de textu. Et soluit scḋam q̄ōneʒ. p/mo. q2 logica ē subtilissime discussiua ꝓpōnis p se note. Et sic infert negatiua correlaria. Primū ꝙ nulla est distinctio ꝓpō p se. nota in se. et nota nature. z nobis. sicut distiguebat Tho. prima p̄te sūme. q. ij. ar/ti. j. in solutōne principali. Scḋm nulla est distinctio hec. s. aliḋ ē p se notū nobis sapiētibꝫ et insipiētibꝫ sicut idē Tho. faciebat ibidē p̄te p̄ma scḋe. q. xliij. ar. ij. Terciū nō valet distinctio ꝙ aliq̄ sunt p se nota primi ordis z aliq̄ secūdi. sicut di/stiguebat guilhelm⁹ varrō. li. j. di. ij. q. viij. Et scḋa tractata q̄stione in p̄ncipio solutōis prime dr. Cau/sa exēplaris nō ēst aliud gen⁹ cause a cā efficiēte sicut ponebat Hen. q̄/libe. ix. q. i. et. ij. In ꝓbatōne prime questiōis in scḋo arti. p̄ricipali vbi ipe ꝓbat ꝙ intellectō z volitio sui/ sunt idē cum eēntia primi Et in primo inducit argumentū ex identitate poñe z obiecti. Et est ibo. primo

scripto. distinctiõe. xiij. q. j. soluẽdo tertiũ argumentũ. Un̄ idem hꝫ egi dius de rbo. quoli. iiij. Sc̄do post ꝑbat ꝙ intellectõ oīm ē in primo idē cũ primo. Et in q̄nta ꝑbatione dr. Itē quinto posset sic argui. Iste intellect⁹ nõ est nisi q̄dā intelligere vbi ex identitatē intellect⁹ et intelligere ꝯcluditur ꝙ si vn⁹ intellectus sit oīm ⁊ ip̄ꝫ intelligere vnicũ. ⁊ ita ꝓpositũ sic arguit alexãder de alexãdria ꝺ ordine mīoꝝ officio gñalis xxxv. q. ij. soluẽdo scd̄ꝫ argumẽtuꝫ vlterius dñ doctor ꝑbat infinitatē q̄druplici via. Sed dũ probaṫ infinitas primi ꝑ essentiã hoc mõ. q̄a creat inter nãq; creatõnis extrema est distinctõ. hec est ratõ Henrici q̄ libeto. iiij. q̄stione vltima. Et Richardus de media villa in scd̄a distinctõne p̄mi. arti. iiij q̄stione. iiij. Tandē post q̄tuor vias ꝑbatur ꝓpositũ ex negatõne materie. q2 forma finitur ꝑ materiam. Hec est rõ Thome p̄ma pte sũme. q. vij. arti. j. Sed veniendo ad opinionē scoti. dr ad scd̄am questionē. Aliq̄ dicunt ꝙ deum esse nõ est ꝑ se notum Et rõ eorum est Nam q̄d est demõstrabile nõ est ꝑ se notum. sed deus esse ē demõstrabile ꝑ p̄hm viij. phisicoꝝ. et ꝑ Auicẽnam. j. metaphice caplo. j. ergo deũ esse nõ est ꝑ se notum. Sed diciṫ ꝙ deus est. essentia diuina est. sunt ꝑ se note ꝓpositõnes cum ex suis termīs habeant euidētem veritatem ⁊ sunt imediate ad quas resoluũtur omēs ꝓpositõnes enũciantes aliquid de deo qualiter cunq; concepto. Et hec est intentio Scoti. ꝓpositõnes per se note sic ꝙ illa extrema nata sunt facere euidẽtiam de illa complexione cuilibet a ꝯprehēdenti ꝑfecte extrema illius cõplexionis. ¶ Ad primã questionem diciṫ. ꝙ deus est infinitus sed eius infinitas nõ potest demonstrari a priori. sed tm̄ a posteriori. Et anteq; veniam ad declarandum istam veritatem faciaꝫ aliq̄s ꝓpositõnes preãbulas. Prima. ꝙ est aliquod primũ ineffabile. aliter esset processus in infinitum Secunda ꝓpositio. ꝙ illud p̄muꝫ est incausabile. Patet sicut prima. aliter esset processus in infinitum. Tercia propositio. ꝙ illud primũ effectiuũ est actu existēs a se. Patet. nã si eēt in potentia et reduceretur ad actuꝫ tũc oporteret per aliud reduci. ⁊ sic aliud effectiuũ esset prius illo. Deinde inter istas propositões ponit hoc ꝙ est danda vnitas nature prime. Quarta ꝓpositio. ꝙ eius intellectio ⁊ volitio nõ est aliud ab eius essentia. cũ idem sit p̄ncipiũ ⁊ finis Quinta ꝓpositio. ꝙ intelligere se ē idem illi nature. quia nihil amatuꝫ nisi cognituꝫ. igitur si amare se ē ex se necesse esse. seq̄tur ꝙ intelligere se. Sexta propõ. Nullum intelligere potest esse accipiens prime nature. cum ꝑ essentiã suam intelligat ⁊ nõ mendicet ab exterioribꝫ. His suppositis ostendit infinitatem in deo quattuor viįs. Primo per viam efficientie. quaꝫ viam probat philosophus viij. phisicoꝝ. ⁊ xij. metap.

viij

deus quo ē notus

infinitas & vnitas deo cognito

Arguit͛ sic. Primū mouet motu i͂finito. ergo habet potētiā infinitā. Scđa via p̄ i͂tellectionē sic. primū est intelligēs distincte oīa scibilia ꝛ sil'. sed illa sunt infinita. sed cū vni co actu illa intelligat. igit͛ ē ꝟtutis infinite. Tercia est p̄ viā finis. sic volūtas nostra nō quietat͛ in aliq̄ finito. sed volūtas nostra nō quietat͛ nisi in sūmo bono. igit͛ illđ ē infinitū. Quarta via ex pte eminentie. sic. Eminētissimo impossibile est eē pfecti⁹. sed finito nō est i͂possibile pfecti⁹ esse. ḡ ens primū ē infinitū. Sed nota q̄ Scot⁹ videt͛ q̄ ꝯdicat sibiipsi in ꝓpositōibꝫ p̄ se not'. Nā in prima vbi r͂ndit ad q̄stionē dicit q̄ illa de⁹ ē. ē p̄ se nota. ponit͛ scđa conclusio. vbi dicit. Et si q̄rat͛. ꝛc͂. Ex qua habet͛ q̄ de⁹ ē nō est p̄ se nota. Sed aliq̄ soluūt istaꝫ cōtradictiōeꝫ sic q̄ in prima cōclusione locut⁹ est de noticia intuitiua. In secūda de abstractiua. Sed filius cuiusdā soluit sic. q̄ eē pt đo cōpetere in primo mō dicēdi p̄ se. vel in secūdo. Si cōpetit in primo est p̄ se nota. ꝛ sic tenet prima cōclusio Si in secūdo mō dicēdi p̄ se nō ē p̄ se nota. q̄ potest ꝓbari a priori Et sic intelligit͛ scđa ꝯclusio. ꝛ nō ꝯdicunt. Ad argumētū in pricipio dicendo q̄ ꝓbus. viij. ꝓbi. intellexit si est infinita potētia et agit ex necessitate nature vel voluntate.

Secūda questio secūde distinctōis vbi querit͛ vtrū tm̄ sit vn⁹ de⁹ Videt͛ q̄ nō. i. ad Cor. viij. Si q̄dem sunt dij multi ꝛ dn̄i multi. Ad oppositū Deutro. vi. Audi israel deus tuus vn⁹ ē. Et Esa. xliij. Extra me nō est deus. Sed vbi dicit͛ i͂ ista q̄stiōe Cōclusio ē certa ponitur opinio Guilhelmi. Var. li. i. di. ij. q. ij. q̄ scꝫ vnitas dei accepta ē a lege iō demōstrari n̄ pt. Et hui⁹ i͂tētiōis ē rabi moises. Sil'r soluēdo vltimū argumentū de pl'ibꝫ bonis. ¶ Sed deū esse vnū doctor ꝓbat septē vijs. Prima ex pte infinitatis i͂tellectus. Nā si essent duo dij q̄libet eēt infinit⁹. Et infinitū cognosci debet p̄ suā essentiā. ꝛ sic secūdus de⁹ ꝯgnoscēs aliū p̄ eēntiaꝫ alteri⁹ nō eēt infinit⁹. cū de⁹ debeat cog͂scere oīa p̄ suā eēntiā ꝛ nō p̄ essentiā alteri⁹. Scđa via ē ex infinita volūtate. sic. Volūtas i͂finita est recta. ḡ diligit q̄dlibꝫ diligibile q̄ntū in se est diligibile. ꝛ si sic amaret secundū deū infinite ꝛ p̄ ꝯñs mag' q̄ se vel equal'r qđ est impossibile. Tercia via est ex infinita bonitate Nā volūtas pt appetere mai⁹ bonū. Sed si eēnt plura i͂finita et plura bōa ꝛ sūme bona. volūtas nō q̄etaret͛ in vno bono. qđ ē i͂possibile. Quarta via est ex infinita potētia sic In eodē ordine n̄ sunt eiusdē effect⁹ plures cause totales. Sed i͂finita potētia est total' cā. ḡ non alie cause. Quinta via ex i͂finitate sic i͂finitū nō pōt excedi imo i͂bibit oīa Sed si bonū i͂finitū eēt in pl'bꝫ vl' excederet͛. vl' nō imbiberet aliđ i͂finitū. ḡ nō pl'a. Sexta via ex necesse eē. Nā si sūt duo dij h̄nt duas necessarias rōnes necesse eē. Et cū in

alio tercio ꝯueniāt.s.in eēntia ꝛ il/
la ī vtroqꝫ sit neċe eē.igiť ꝗlibet de⁹
hēbit duo neċe eē qᷦ est incōueniēs
cum in deo nō sit nisi vnū neċe esse.
Septīa via ex rōne oīpotētie; sic de
us est oīpotēs.ꝰ pōt qᷦlibet aliud
a se facere eē et nō esse.Et sic cū vn⁹
faceret aliū etiā posset eū destruere.
qᷦ est falsuꝫ ¶ Ad argumētū in pn
cipio dr.ꝙ aplus loquitur de idola
tris.ꝛ iō de dijs nūcupatie Nā sub
dit.nobis aūt vnus ē deus

Ercia ꝗstio

secūde distinctōis.vbi siť
querūtur ꝗtuor ꝗstiones. Prima
vtꝝ cū vnitate diuīe eēntie sint tres
ꝑsone.Scđa.vtꝝ sint tres ꝑsone ī
eēntia diuīa. Tercia.vtꝝ in diuis
possit eē aliqua ꝓductio intrīseca.
Quarta.vtꝝ sint ibi tm̄ due ꝓdu/
ctiones intrīsece Videť ꝙ nō deuť.
xxxiij.videte ꝙ ego suꝫ solus ¶ Ad
oppositū apl's ad corinth.Gra dn̄i
nr̄i ihu xp̄i ꝛ ꝯmuīcatio spūsscti Et
dū obijcit ꝯtra se.ꝛ rōes soluit. In
fra dr sicut ꝗdā dicūt de noticia ab
dita vt hen.ꝗlibe.ix.q.xv.Et frať
guilhelm⁹ varronis.dist.iij.huius
pmi.q.Vtꝝ aīa se intelligat actu e
licito.Rursus post ꝗrtam suā rōeꝫ
ad ꝓbandū ꝙ in diuis est ꝓductio.
adducit ꝓbatōnes alioꝝ.Prima h
arguit alter ꝗdam doctor ꝗ ex hoc
ꝙ ꝑsona cōstituiť per relatōeꝫ Ad
scđm arguit in deo ꝓductōem hen.
in ꝗli.vi.q.i.ꝛ sequēs rō est eiusdeꝫ
Et seqtur.arguūt ꝗdam alij ꝑ rōeꝫ
boni ꝛc.Sūt argumēta bonauētu
re.li.i.dist.ij.q.ij.Soluta hac ꝗsti/
one 3ūr ꝗrte rn̄dit ꝗstioni ī pncipio
pmittēs opionē ꝗ est hen.ī sum.ꝛ ꝗ
libe.vi.q.i.ꝓpter adeqtōem actuū
eēntialiū ꝛ nocionaliū.Finita autē
ꝗrta ꝗstione.incipit soluere.Prio
probando ꝙ sꝫ due ꝑsone ꝓducte.
Scđa ꝙ ē vna īproducta.Nūc re/
stat ꝓbare ꝙ vna sit īproducta.vbi
dr vn⁹ doctor.Hic doctor ē hen.ꝗ
li.vi.q.i.Incipit vltīo soluere pri
mā ꝗstionē ꝛ modicū añqꝫ rn̄deāt
argumētis pncipalib⁹ dr hic indu/
cať dictū illi⁹ doctorꝫ de duplici p̄/
dicatōe.Et ē bonauē.li.i.dist.v.q.
.i.Sꝫ veniēdo ad opi.doctorꝫ.Rn̄
dit pmo ad terciā ꝗstionē dicens ꝙ
sic.qꝛ in pre sꝫ duo pncipia intrīse/
ca disticta.ꝗ reqrūt duo pncipiata
disticta ad ītra.Primū ptꝫ qꝛ ī pre
est mēoria fecūda siue intellect⁹ per
quā ꝓducit filiū.Scđo de volūta
te.qꝛ volūtas hn̄s obiectū actu co/
gnitū sibi repn̄tatū ex rōne sui est ꝓ
ductīa amorꝫ ꝑfecti taľ obiecti.scꝫ
spūsscti.Scđa rō doctorꝫ ꝓ hac cō
clusiōe.Obiectū qᷦ est ī mēoria.i.
in intellcū possibili ꝓducit seip̄m in
intelligētia.i.in ītellcū agēte.sꝫ nō
pōt seip̄m ꝓducere.Cū ꝑ aug.nihil
est ꝙ seip̄m gignat.ꝰ ꝓducit aliqᷦ
aliud a se.sed nō nisi filiū.ꝰ ꝛc.Sꝫ
aliqs h ꝗreret.tu dicis ꝙ eēntia cuꝫ
intellcū vel mēoria fecūda sꝫ pnci/
piū ꝓductiuū filij ꝛ volūtas fecūda
pncipiū spūsscti.Quo ꝑ intellcōeꝫ
et volitōem ꝓducūtur ꝑsone filij et
spūsscti.cū intelligere ꝛ velle sint a
ctiones īmanētes vi.ethi.ꝛ actio ī/
manēs nihil derelinqt ī passo.Sꝫ ī
ꝓductōne filij et spūsscti opꝫ ꝙ ali/

quid relinq̄tur. Ad hoc dr̄ q̄dā
q̄ iste poñe st̄ opatiue ⁊ pductiue.
Opatiue q̄dem sunt inq̄ntū intelli
gūt ⁊ volūt. ⁊ vt sic nō hn̄t nisi opa
tiones īmanentes. Sed st̄ produ/
ctiue vt dicūt ⁊ spirāt ⁊ vt pductiue
considerātur aliq̄d derelinquūt in
passo Et ideo Scotus in. i. q̄li. dr̄
q̄ filius nō producit p intelligere.
sed p dicere ¶ Ad quartā q̄stionem
respōdit. q̄ sunt ibi tm̄ due pductio
nes intrīsece. Et hoc pbat quasi p
idem. q2 sunt tm̄ duo pncipia habē
tia formales rōnes productiuas. Et
q̄ sunt tm̄ duo pater. nā vnum pri
cipiū inclinat naturaliter ⁊ termīa
tur ad filiū. aliud libere ⁊ termīatur
ad spm̄ sctm̄. Ex quo pōt hr̄i q̄ mi/
tiplicatio nō fit p materiā ɔtra san
ctū Tho. maxime cū contra eū sint
tres arti. ɔdēnati parisius a dn̄o ste
phano vnus dr̄ sic intelligentie nō
habēt materiā. ideo deus nō pōt fa/
cere plures angelos eiusdē speciei.
Error secūdus q̄ deus non possit
multiplicare indiuidua sine mate/
ria sub eadē specie. Error terci⁹. q̄
forme nō suscipiant diuisionē nisi
fm materiā. error. nisi intelligatur
de formis educt̄ de potētia mate/
rie. Contra sctm̄. in hoc ē ɔmenta/
tor. ij. de aīa ɔmēto. ij. ⁊ iij. ⁊ Auicē
na. ij. metaph. sed dimittant p scdo
di. ij. Ad scdā q̄stiōē cū q̄rit de tri.
psonā in diuis dr̄ q̄ sint tm̄ tres. p
bat sic. tm̄ st̄ due psōe pdctē ⁊ vna
pducēs. g̃ tres. ɔñā t3 p li tm̄. Añs
pt3 p pbatōes pcedētes ī hac qōne.
Ad p̄mā qōem rn̄t affirmatiue. nā
nāa q̄cūq3 ē cōicabil' plib9 p idēti

tatē. igit nāa diuīa cū bonū sit' sui
psi⁹ cōicatm̄ ⁊ mai⁹ bonū. h̄ mag̃
Hoc ɔfirmat. nāa diuīa ē q̄cq3 na
ture vt nāa est pfectō simpl'r Diu
pfectio simpl'r ē cōicabil' plib9. igit
natura diuia. Mior tenz q2 pfectō
simpl'r ē q̄ in q̄cūq3 ē meli⁹ esse q3
nō esse. Et sic eēntie ē meli⁹ eē in pso
nis q3 nō esse. Ulteri⁹ dr̄ q̄ eēntia ⁊
psona op3 q̄ hēant distictas rōnes
pter itellectū p q̄s ɔueniāt cōicabi/
le ⁊ incōicabile. Et nota vbi dr̄ ad
scdā pbatōē maior̄ infra rn̄sionē
tercie qōnis q̄ pt hr̄i q̄ ī diuis ñ da
tur cā ad itra. Et rō est. nā cā est. ad
cui⁹ esse aliud seq̄tur p naturā. li a/
liud dr̄ distictōem eēntialē q̄ nō da
tur ad itra. Ad ex̄ hn̄ est cā creatā
infra vbi dr̄ ad q̄rtā qōē iueies il/
lud ij. de aīa. q̄ poñe materiales nō
st̄ refluxiue sup se s3 hn̄ imateriales
Nā visus nō videt seip3. s3 itellcūs
hn̄ intelligit seipm. Nota q̄ post o
cto paginas iueies q̄d sit identitas
formal. Ex q̄ lr̄a poter' extrahere q̄
ad h̄ q̄ aliq̄ distiguātur formal'r q̄n
q3 req̄rūtur. Primū q̄ vnū nō sit ī
alio. vt in poña naturali. ⁊ sic act⁹
⁊ poña nō differūt formal'r. Scd3
q̄ vnū nō sit in alio ɔtualit. nā hec
distinctō distinguit a formali. Ter
ciū q̄ vnū nō sit ī alio vt ī quodam
cōfuso. Quartū q̄ vnū nō sit ī alio
total'r. Quintū q̄ vnū nō sit de ɔce
ptu q̄ditatio alteri⁹. sic' se hn̄t pprie
tates ad eēntiā ¶ Ad argumentū in
pncipio dico. q̄ loq̄tur de solitudi/
ne nature diuine. ⁊ nō de solitudi/
ne persone.

Irca distinctōem terciā st̄

vndecim questiones. Et in prima sunt due p̄ria. vtꝝ deus sit natura liter ɔgnoscibil' ab itellectu viatorꝫ Scḋa. vtꝝ deus sit p̄mū ɔgnitū a nob̄ naturalr. Pro statu isto videt᷑ ꝙ nō. qꝛ ioh. i. deū nemo vidit vn/ quā. Oīs āt itellcūal' natura dꝛ vi/ sio ꝺm aug. de tri. Ad oppositū. q̄a xp̄s loq̄ns de noticia p̄ris dr. q̄a vi distis eū. ioh. iiij. Soluēdo primā dr. ꝙ nō est intelligēdū ꝙ deꝰ possit cognosci negatiue nō affirmatiue sicꝫ distiguit Tho. p̄ma pte sūme. q. xij arti. xij. Nec scḋo ē distiguēdū de cognitōe qꝛ est ⁊ si ē. nec ē distiguē/ duꝫ de si ē vt est q̄stio de veritate p positōis. sicꝫ fecit Tho. i. pte sūme. q. iij. arti. iiij. in solutōe cuiusdā ar/ gumēti. Et remotꝭ trib' alijs desce/ dēdo ad q̄stionē imediate ponit᷑ o/ pinio doctorꝫ solēnis in sūma arti. xxj. q. ij. ⁊ iij. Et post doctor iuxta mentē suam entis ponit vniuocatō nem ɔcedēdo ipm esse breuiter vni uocū deo ⁊ creature subſ̄e ⁊ accn̄ti. Et tracta opīo de q̄ditate rei mate/ rialis imediate an̄ q̄rtū dctm̄ q̄ q̄di tas ꝺm Tho. i. pte sum. q. xij. arti. iiij. est obiectū adequatū intellcūs viatorꝫ de p̄ma se expedit veniēs ad scḋam q̄stionem duplici posita di/ stinctōne ponit ordinē coꝝ que cō/ fuse ɔgnoscūtur actu. ¶ Sꝫ veniēs ad questionē ponūtur q̄nqꝫ cōclu/ siones. Prima ꝙ possimꝰ habere a liquē cōceptū in quo p se ⁊ q̄ditati/ ue cōcipitur deus. Patet. nam nul lus ɔcipit ꝓprietateꝫ subiecti vt est illius subiecti nisi habeat ɔceptum quiditatiū subiecti. Sed cōcipimꝰ ꝓprietates attributales dei. ergo ha bemus aliquē ɔceptuꝫ p se q̄ditati/ uum de deo. ¶ Scḋa ɔclusio. ꝙ nō tm̄ in ɔceptu analogo. sed ī aliq̄ cō ceptu vniuoco pōt cognosci deus. Pꝫ nam cognoscit᷑ in cōceptu en/ tis qḋ est vniuocū deo ⁊ creature. Tercia ɔclusio. ꝙ deus nō cogno/ scitur sub ɔceptu specifico ⁊ ꝓprio. Patet. nam q̄diu vixerimꝰ in hoc mūdo propter penā peccati differē tias reꝝ ignorabimꝰ. ergo a fortio/ ri ⁊ dei differentiā ꝓpriam. Quar/ ta ɔclusio ꝙ ad multos ɔceptus q̄ dītatiuos dei possumꝰ puenire. qḋ scꝫ est ens, substantia. spūs. sed isti nō stꝫ ꝓprij sed cōes. Quita ɔclusio ꝙ illa q̄ ɔgnoscimꝰ de deo. ɔgnosci mus p spēs creatas. patꝫ p illud ad rho. i. iuisibilia dei p ea q̄ fctā stꝫ ⁊c. ¶ Ad scḋam qōem stꝫ notāda aliq̄ Prīo ꝙ triplex ē p̄mitas i ɔgnosci bilib'. s. originis pfctōis ⁊ adeq̄tio nis. De duab' p̄mis primitatib' pꝫ p ph̄m. ix. metaph. vbi dꝛ ꝙ ea q̄ stꝫ priora gn̄atione. stꝫ posteriora pfe ctōne ⁊ ecōuerso. De tcia primitate pꝫ p ph̄m. i. poste. ꝙ passio prīo in est subcto adeq̄to. sicꝫ risibile priꝰ in est hoī q̄ꝫ petro. Scḋo ꝙ pfectiꝰ in telligibile pt dici vel simplr vl' ꝺm ꝓportōeꝫ. sicut dicimꝰ ꝙ visio aq̄le respectu sol' ē pfectior simplr q̄ꝫ vi sio mea respctū cādele. ſꝫ visio mea est pfectior ꝺm proportōem. nam e go plus habeo de visione respectu candele q̄ꝫ aquila respectu solis. Tertio notandum. ꝙ triplex est co gnitio. scilicet actualis. habitualis et virtualis. Dicit᷑ actualis quādo

obiectũ pñs actu cõcipit. Habitua lis vero qñ obiectũ est pñs intellectui. ita vt intellectus possit statim hr̃e actũ elicitũ circa ipm. Uirtualis dr̃ qñ aliqd intrinsece ↄtentum in alio. intelligit ad intellectõẽ cõtinentis. vt ↄcipiendo hoiem ↄcipio aial. Aliqui dicũt ꝙ ista est ↄtinẽtia essentialis. sed aliud est ↄtinentia ⁊ aliud cognitio. Tũc pono aliquas ↄclusiones. Prima ꝙ pmũ cognitũ primitate originis cognitione ↄfusa est species specialissima ptꝫ p Auic. i. metha. c. iij. Methaphisica est vltima in ordine cõfuse cõcipiendi vel ens. Scd̃a ↄcl'o ꝙ primũ ↄgnitũ noticia distincta est ens. ptꝫ. Nã noticia distincta est p quidditatẽ. sed ens est prima q̃dditas. ḡ ⁊c̃. Quia si aliq̃ dist' ncte cognoscunt oportet ambulare de cognitõne in cognitionẽ et incipit ab ente. Tercia ↄcl'o ꝙ cognitõe habituali vel virtuali cõiora sunt prius nota. Et rõ est. qꝛ via generatõnis imperfectius est pri'. qꝛ ꝓcedit de potẽtia ad actũ. Quarta ↄcl'o ꝙ primũ cognitũ pfectõe simplr̃ est de' ptꝫ. Nã in ↄsideratiõe illi' substãtie vel substãtiaꝝ separataꝝ qd̃ veri' est posuit ph's felicitatẽ. x. ethic. Quinta ↄcl'o ꝙ primũ cognitũ primitate ꝓportõis est q̃dditas sensibilis. Nã intellectus plus attingit ad illã ẽm gradũ cognoscibilitat' ¶ Ad argumentũ in ṗncipio dr̃ ꝙ loquit de noticia intuitiua.

Ecũda q̃stio

tercie distinctõis vbi q̃rit. vtrũ deus sit obiectũ naturale adeq̃tum intellect' viatoris. videt ꝙ sic. Deus est primũ. hoc est perfectissimũ inter oĩa ↄgnoscibilia. Primũ aũt in vnoquoq₃ gñe est cã aliis essendi ex. ij. metha. Sic primũ calidum est cã caloris in oĩbus aliis. ḡ deus est rõ cognoscẽdi oĩm aliorũ. Ad oppositũ primũ obiectũ pmitate adequatõis prio recipit ṗdicatione obiectoꝝ ↄtentorũ sub eo. Deus nõ est hmõi. ergo ⁊c̃. In ṗncipio dũ dicit in ista q̃stione est vna opi. ⁊ est opi. Tho. in prima pte sum̃q xij. ar. iij. et. q. lxxxv. ar. i. Et ↄcludit ꝙ non. Et illa impugnãtia ibi. Est alia opi. q̃ ponit deũ esse pmũ obiectũ intellect'. et est Hen. q̃lib. xv. q. iiij. et q̃li. xij. q. ix. Sed vt veniamus ad intentiõꝫ doctoris hec qd̃ hꝫ ortũ a ṗcedẽti qꝛ ibi motũ fuit ⁊ nõ determinatũ q̃d esſꝫ obiectũ intellect' primũ primitate adequationis. Ad qd̃ dicit ꝙ primũ obiectum pmitate adequatõnis est ens inquantũ ens. Nã illud hꝫ solum has primitates scꝫ cõitatis ⁊ virtutis. Sed hoc saluandũ poit ⁊ ṗsupponit ens cõe vniuocũ deo ⁊ creature ⁊ accidẽti. Itẽ est intellect' ꝙ ens oĩbus est cõe sic ꝙ in oĩbꝫ q̃dditatiue includit pterq₃ in primis differẽtiis scꝫ entis. et vltimis. s. idiuiduorũ ⁊ in passionibꝫ. Nã in differẽtiis inter mediis. i. in illis q̃ dicunt a distinctis rebꝫ bñ ens q̃dditatiue includit. vtputa ĩ rõnali. Nã aĩal dr̃ ab aĩa sensitiua. et rõnali ab aĩa intellectiua q̃ sũt vere res. Et vtrũq₃ coꝝ est ens ⁊ includit ens. Sꝫ quõ

intelligit illud metha. dictū. Nihil
est qd subterfugiat rōnem entis. dr
q est sic intelligendū q̇dditatiue vl
denoīatiue. Prime drie et vltime
et passiones sūt ens denoīatiue oīa
alia sūt ens ⁊ includūt ens q̇ddita
tiue. Et ſm doctorē de⁹ est ens. est
q̇dditatiua. ſm Franci. denoīati/
ua licet nō denoīatiua accidētalis.
Nota aūt scdm arti. vbi poīt illud
i. poste q ꝓpōes de ꝑ se nō ꝯuertun
tur. Dicit q si p̄dicatū dicat de sub
iecto ꝑ se nō eodē mō dicet subiectū
de p̄dicato ꝑ se sz ꝑ accidēs. igit si
ista est ꝑ se scdo mō ens est vnū. hoc
vnū est ens nō est ꝑ se scdo mō sz ꝑ
accidēs. et sic risibile est hō. ¶ Ad
argumentū in p̄cipio dr q de⁹ est
rō cognoscēdi in rōne bonitatis sed
nō in rōe entitatis.

Tercia qō ter

tie distinctōnis vbi q̄ritur
Utrū ponat aliqd aliud transcen/
dens primū obiectuz intellect⁹ nr̄i
q hēat eq̄lē cōcomitantē cū ente. i.
vtrū verū sit obiectū intellect⁹ nr̄i
Uidet q sic. Uerū est obiectū intel
lectus. g̊ nō est ens. ꝯña tz. q2 sunt
duo obiecta adequate vni⁹ potētie.
añs pz ꝑ Ansel. de veritate q̇ dicit
Ueritas est rectitudo sola ꝓpria ꝑce
ptibilis mēte. Ad oppositū ens et
res pria imp̄ssione in aīa imprimū
tur ſm Auic. g̊ nō verū. In ista q̄/
stione ponit opi. Egidij d roma di
cētis. Uerū est obiectū intellectus
nr̄i. et ponit q̄li. iiij. q. x. Sz doctor
improbat. Et cā improbatōis est.

Nā rō obiecti dr illarū ſm quam
obiectū est motiuū potētie sicut rō
actiui vel agēdi dr illa forma scdm
quā agens agit. Talis aūt rō obie
cti nō p̄t esse respect⁹ q̄lis est veritas
Nā obiectū dz eē absolutū sed ve/
ritas dicit respectū ad potentiā. qd
cōfirmat ꝑ Aristo. ij. de aīa. Nam
nō dic̄ q color visibilis sit obiectuz
eo q2 dicit respectū ad potentiā. sz
dicit q est color ⁊ est q̇d absolutū.
sic in ꝓposito. Itē q2 obiectū dz esse
primū. sed respectiuū nō est primū
q2 p̄supponit absolutū. g̊ ⁊c̄. Sz ve
rū quō se hz. Dico q verū est ꝯdi/
tio ꝯseq̄ns ens. nō tn̄ ꝑ se ponat ob
iectū. Sz si aliq̇s q̄rat. si ens ſm su
am rōem ꝯmunissimā sit obiectuz
intellectus ⁊ mouet intellectū. q̄re
qdcūq ꝯtentū sub ente nō p̄t natu
raliter mouere intellectū. Et ꝯclu/
dam⁹ q sic. de⁹ posset naturalr co/
gnosci Dico ad h̄ q obiectū primū
potētie assignat illud qd adequat
potētie rōe potētie. nō aūt qd adeq̄t
potētiē i aliq̇ statu quēadmodū pri
mū obiectū adequatū visus nō po
nitur. illud qd ponit visui existēti
in medio illumīato a cādela p̄cise.
sed qd natū est adeq̄ri visui ꝑ se ex
natura ei⁹. Sic in ꝓposito dico q
ens est obiectū ⁊ nō sub rōe infinita
tis. vel dico q de⁹ ens est obiectum
et nō sub rōe infinitatis. vel dico q
de⁹ p̄t naturaliter ꝯgnosci sub rōne
entis sz nō vt talis entis. i. entis dei
Ad argumentū in principio dr q
auctoritas nō ꝓbat q verū sit obie
ctum adequatū sed q nō apprehen
ditur nisi ab intellectu.

Quarta que/

stio tercie distinctōis vbi q̄
ritur. Utrū aliq̄ veritas certa vl' sin
cera possit naturaliter cognosci ab
intellectu viatoris absq; lucis icrea
te spāli illustratōe. videt q̄ nō. i. de
tri. c. vi. et. xv. Intuemur immuta/
bilē veritatē ex q̄ pfecte ꝯ ū possum⁹
diffamam⁹. Ad oppositū ad Ro.
i. Hec inuisibilia p visibilia ꝯgno
scunt. Immediate post argumēta
in pede q̄stionis ponit Hen. i sum.
arti. i. q̄ poīt q̄ ens pt cognosci sub
rōne entis sed nō sub rōe veritatis.
In scdo articulo dum rn̄det ad ter
cium est opi. Henri. negātis omnē
intelligibilitatē veritatꝫ q̄lib. v. q.
xiiij. In q̄rto arti. tangit opi. Hen
ri. in sum. Un̄ ꝯsequēter doc. dicit
Igit dico ad q̄stionē q̄ ꝑter ꝓbat ꝯ
Et incipit articul⁹ quintus ꝛ termi
natur ibi. Ex dictis ptꝫ ad oēs au/
ctoritates Aug. In oppositū. Sex
tus vero articul⁹ de oī nō repit in li
bris. et sic eū nō posui. ¶ Sed ve/
niendo ad q̄stionē dr cū aug. q̄ ve/
ritates infallibiles vident. intelli/
gunt ꝛ cognoscunt in regulis eter/
nis. Ubi notandū q̄ lȷ̄ in pōt capi
obiectiue et hoc q̄drupl'r. Uel sic in
subiecto ꝓximo. vel sicut in cōtinen
ti obiectū ꝓximū. vel sic in virtute
cuius obiectū ꝓximū mouet. vel sic
in obiecto remoto. Ad primum q̄
oīa intelligibilia actu intellect⁹ di/
uini hn̄t intelligi et in eis oēs veri/
tates relucēt de eis. ¶ Ad secunduꝫ
q̄ intellect⁹ diuinus ꝯtinet istas ve
ritates q̄si liber. sicut dicit Aug. xv.
de trini. q̄ iste rōes scripte sunt i li
bro lucis eterne. scꝫ in intellectu di
uino in q̄ꝫtū ꝯtinet istas veritates.
Et lꝫ iste liber nō videat tn̄ vident
iste q̄dditates q̄ sunt scripte i libro
prio. Et eatenus pt dici. Intellect⁹
noster videre veritates i luce eterna
hoc est in libro prio sic in cōtinente
obiectū. Et h̄ fm modū q̄ est ꝯtine
re veritates q̄si liber quaten⁹ ꝓdu/
cit obiecta secūdaria in eē intelligi/
bili. ¶ Ad terciū dr q̄ videm⁹ i lu/
ce eterna sic in cā obiecti in se. vicꝫ
q̄ ꝓducit obiecta secūdaria i esse in
telligibili. et q̄ est illud virtute cui⁹
obiecta secūdaria etiā ꝓducta mo/
uent actual'r intellectū. Ad quartū
dr q̄ illa vt sunt obiectū secundariū
intellect⁹ diuini nō hn̄t esse nisi fm
q̄d. Operatio vero realis nō cōpetit
p̄cise enti fm q̄d virtute sui. Sꝫ si
aliq̄n cōpetit sibi oporter eē virtute
alteri⁹ cui ꝯpetit esse simpl'r. igitur
istis obiectis secūdarijs nō cōpetit
mouere intellectū p̄cise nisi in vir/
tute eē intellectus diuini qd̄ est esse
simpl'r ꝛ p qd̄ illa hn̄t esse fm quid
Sed ad q̄stionē dr q̄ ille veritates
pn̄t naturaliter cognosci p ista sen
sibilia. p illud ad Ro. i. Et sic non
requirit illustratio spālis. qd̄ ptꝫ p
Aug. iiij. de tri. c. xxxv. vbi loquit
de infidelib⁹ phis. Nonnulli inq̄t
eoꝝ potuerūt aciē mētis vltra oēm
creaturā eleuare ꝛ lucē incōmutabi
lis veritatis ex pte attingere. q̄ xp̄ia
nos multos ex sola viuētis fide nō
dū potuisse venire deridēt. Igitur

vult q xpiani credita nō vident in eternis regulis sed phi vidēt in illis necessaria multa. Sed quid dicendū est ad argumentū .xij. de tri. c.iiij. q paucoz est puenire mentis acie ad rōes itelligibiles. et .lxxxiij. q̄stionū .q.xlvi. nō nisi pure aīe ad illas ptingunt. Dicit q illa puritas nō debet intelligi a vicijs. Nā xiiij. de tri. dicit. q iniustus videt in regulis eternis q̄d iustū sit faciendum. Sed ista puritas debet intelligi eleuādo intellectū ad veritates vt relucēt in se. nō tñ vt relucēt ī fantasmate. Sed quid dicendū est ad Aug. de requisitōe lucis q̄ videt dicere q reqrit lux increata in aīa nostra ad cognitionē veritatū infallibiliū. Dicit q aug⁹. locutus est inq̄rendo nō aūt determinādo. Nota pro hac materia q obiectū ꝓximū nobis respectu veritatū. sunt obiecta secundaria. ¶ Ad argumentuz in principio dī q nō ꝯgnoscuntur iste veritates nisi p ista sensibilia.

Quinta q̄stio

tercie distinctōis vbi q̄rit. Utrū in creatura sit vestigiū trinitatis. videt q nō. p vestigiū pt inuestigari illud cuius est vestigium ergo p creaturaz posset naturaliter inuestigari trinitas. qđ est falsum. quia hoc excedit naturalē rationē. ¶ Ad oppositū est Aug. vi. de tri. c. vlti. Oportet vt creatorē p ea q̄ facta sunt cōspicientes intelligam⁹ trinitatē. Cum in creatura quodāmō dignū est vt appareat vestigiū In ista q̄stione sūt tres articuli. In primo articulo ponit opinio Thome primo scrip. distin. iij. arti. ij. q scz vestigium est impressio derelicta ex transitu alicuius superuacuum vel plenū ipm in parte representans. quia per modū speciei. Quantum ad secundum articulū de respectu creature ad deum. in quo respectu cōsistit ratio vestigij. ponit opinio Henrici quolibet. iij. q. ix. et q̄libe. v. q. ij. et q̄li. iiij. q. vij. et viij. et quolib. ij. q. iij. Et dicit q respect⁹ vestigij creature nō fundatur in ratitudine rei sed in aliquidditate tm̄ Sed veniendo ad doctoris opinionem tria sunt videnda. Primum quid sit vestigiū. et quomodo distinguitur ab imagine. Secundo in quo consistat et respectu cuius in deo sit rō vestigij in creatura. Tercium in quo fundetur respectus vestigij siue creature ad deum cuius dicitur vestigium. ¶ Quantuz ad primum dicitur q vestigium est similitudo partis representans argumentatiua totū vt per figuram pedis bouis in puluere arguimus bouem transiuisse ponitur argumentatiue. quia si pes separatus nō ꝓprie representaret bouē. Sed imago est similitudo representās totuz vt imago iouis representans iouē. ¶ Quantum ad secundum dicitur scdm Augusti. de trini. c. vlti. vbi dicit de creaturis. Hec omnia que arte diuina facta sunt. vnitatem quandam in se ostendūt speciem et

ordinē vnitas creature repn̄tat sum
mā vnitatē pmi pncipij a q̄ ē origo
Et quo ad hoc ait. in ista trinitate ē
summa origo respectu rez oim. sed
spēs in creatura repn̄tat sūmā pul/
critudinē. Ordo siue opatio i crea
tura representat opationem pfectis
simam in deo. Nam beatitudo est
summa dilectio. Et doctor discor
dat ab alijs in hoc articulo. Nam
vult q̄ ista pmo fundentur in abso
lucis. Alij vero nō. ¶ Quantū ad
terciū dicitur. q̄ respectu proprieta
tem anime vnitatem creature cum
sua respectu z speciē z ordinem ap/
propriamus deo scz vnitatem pri.
speciem filio. ordinez et dilectōem
spirituiscto. Sed aliquis quereret
quomō accipitur ratio vestigij in
diuinis que est similitudo partis.
cum in diuinis nō sit pars. Rn̄sio
Trinitas est quoddā totū immate
riale saltem respectu intellectus no
stri. Et psona est ibi quasi pars hꝰ
totius et appropriatū persone inq̄z
tum appropriatū est ibi quasi pars
eiusdem. quia accipitur pro isto cui
appropriatur. nec tm̄ hoc est appro
priabile. licet nō acceptū vt appro/
priatum. adhuc est ibi quasi pars e
iusdem. ¶ Ad argumentū in prin/
cipio dicitur. q̄ per vestigiū inue/
stigatur illud cuius est. sed nō disti
cte sed indistincte z argumētatiue.

Exta que/
stio tercie distinctōnis.
In qua queritur de ima
gine. Queritur pmo de memoria.
scz vtrum in pte intellectiua prope
sumpta sit memoria habēs speciez
intelligibilē. Uidetur q̄ non geni/
tum assimilatur suo gignenti. iz spe
cies quando imprimit ab obiecto.
imprimit ab eo vt singulare quia a
ctio singulariz est. ergo spēs impres/
sa nō potest repn̄tare vniuersale. q̄
le requiritur ad motionē intellectꝰ.
¶ Ad oppositū est Aristoteles. iij.
de anima. qui ponit species imedia
te in principio solutōnis ponitur o
pinio Henrici. quoli. iiij. q. viij. et
Richardi maxime quoli. iij. q. xiiij
Et post pauca dum dicit sidem po
nit doctor q̄dam Iste q̄dam est go
dofredus de fontibus. quoli. ix. q.
xix. z quoli. xiij. q. iij. Et isti dicunt
q̄ nō est ponenda spēs intelligibi/
lis. huius intentōnis sunt nomia/
les. ¶ Sed veniendo ad punctum
questionis opi. est Scoti z intelli/
gentium sane Aristotelē q̄ est po/
nenda species intelligibilis Nam
philosophꝰ tercio de anima dicit.
Lapis nō est in anima. sed species
lapidis. Item Augustinꝰ xi. de tri
nita. dicit. q̄ttuor sunt spēs in ani/
ma altera ex altera nata. Ex spē na
ta insensitiua est species in fantasia
et ex illa que est in fantasia est illa q̄
est in memoria. z ex illa que ē in me
moria actus intelligendi qd̄ etiam
posset cōfirmari de noticia vesperti
na angeloz. vbi ponende sunt spe
cies. Item aīa christi nouit multa.
quoz presentiā nō habebat. z sic p
species. Item anime separate recor
dabuntur per species. Item pau/
lus per quid recordabatur de his
que viderat in raptu certe non. per

bitus vt dicūt noiales. nā illos nō potuit hr̄e in vnico actu ſm Ariſt. ij. ethi. igit̄ p̄ spēs. Sʒ posito q̄ ponatur spēs quō se hʒ. ē total' cā. vl' ē vt instrumentū vel vt cā sine q̄ nō. dʒ q̄ nec hoc nec illud. Sʒ ē cā prīcularis determinās cām vl'eʒ cui⁹ vl'is cā est intellect⁹. Nā ipa determinat intellectū sic vt intelligat petrū ⁊ nō iohānē. ¶ Sed aliqs q̄reret quō cū spēs sit singularis pt̄ rep̄sentare q̄ditatē ⁊ mouere ītellectū ad cōceptū ei⁹. Dico q̄ in specie est duo ɔsiderare. s. naturā ⁊ ecceitatē. Dicit̄ ḡ q̄ rō angeli ē q̄ditas speciei. sed ecceitas ē ɔditio ipsi⁹. Mouet ḡ spēs rōne q̄ditatis q̄ q̄ditas ē ïmaterialis ⁊ intellect⁹ silr̄. Et sic inter mouēs ⁊ motū est p̄portio. iij. de aīa. nō ḡ mouet rōne illi⁹ p̄prietatꝫ siue ecceitatis. sed rōne q̄ditatꝫ vel nature. Ex p̄dictis r̄ndet̄ ad questionem q̄ necesse ē in pte intellectiua q̄ ponat̄ memoria. Ad argumētū in principio dʒ q̄ spēs n̄ mouet sub rōne singular̄ sed sub rōne vniuersalis ⁊ incorruptibilis.

Septima que

stio tercie distinctōnis vbi q̄ritur vtrū memoria intellectiua sit cōseruatiua speciei intelligibilis cessante actu intelligendi. Videt̄ q̄ nō. q2 si cōseruaret vnam spēm pari rōne ⁊ aliā speciē alteri⁹ obiecti. ⁊ sic infinitas simul. Ad oppositū ē Arist. iij. de aīa. Itē cōmētator vocat memoriā arcā specieꝝ. In hac q̄stione ponit̄ opinio Auicē. q̄ sic intellexit q̄ duplex est spēs. vna q̄ abstrahit̄ a sensibilib⁹. ⁊ hec manet actu intellect⁹ trāseunte. Alia q̄ habetur ex fluxu intelligentie ad quā cōuertitur intellect⁹ ⁊ hec nō manet actu intellectus nō manēte. Sed doctor arguit ɔ̄ intelligētes spēm nō manere. Et sic dicit ad q̄stionē q̄ spēs manet. Nā ē textus de aīa. Intellect⁹ in q̄ʒtū intellectus pt̄ esse sapiēs de se. Sʒ esse nō eēt sapiēs de aliq̄ obiecto nisi in q̄ʒtū esset sibi p̄ns in rōne obiecti sed hoc n̄ ɔuēit nisi p̄ spēm intelligibilē. Et hoc habetur ab Aristotile. iij. de aīa dicente q̄ memoria ē arca speꝝ. Et sic p̄ spēs seruatas in memoria pt̄ intellectus exire ī actū intelligēdi sine fātasmate. Et si dicatur q̄ Aristo. iij. de aīa dicit necesse ē intelligentē fantasmata speculari. dʒ q̄ ē intelligēdū vel speculatū fuisse Nā nō oportet semp̄ ad fantasmata recurrere. sed pt̄ sine fātasmate intelligere p̄ spēs seruatas in memoria. Et sic oportet ponere ptē intellectiuā cōseruatiuā specierū intelligibiliū. ¶ Ad argumētuꝫ in principio dʒ q̄ n̄ cōtineret infinitas spēs sʒ finitas ī īfinitū q̄d nō eī cōueniēs. vel infinitas ſm quid.

Octaua que

stio tertie distinctiōis vbi querit̄ vtrū ī intellectu nostro sit noticia genita. videt̄ q̄ nō. Nā p̄hus. vij. metha. p̄bat q̄ formē nō ē tm̄ generatio sed cōpositi. sed noticia nō dicit cōpositū sʒ formā tm̄. ḡ nō generatur. ¶ Ad oppositū Aug⁹. de trini. ix. c. ix. ⁊ xi.

spēs intelligibiles

fantasma

notra genita

ca. ij. a cognoscere & cognito pariter no
ticia. In hac q̄stione nō sunt opio-
nes. sed rn̄dendo dr̄ ꝙ sic. Sed q̄ri
tur. cuiꝰ entitatis sit intellectō Et rn̄
dit ꝑ tres cōclusiones breuiter Pri
ma ꝙ nō est subs̄a. Probat. nā sub
stātia nō adest vel abest. sed intelle-
ctū abest vł adest Scd̄a cōclusio. ꝙ
nō est gn̄atio. nā gn̄atio est cōpositi
vij. metaph. sed intellectio nō est cō
positū. & sic cōcludit ꝙ nō est gn̄atio
Tercia cōclusio. ꝙ intelligere & vel-
le in nobis nō sūt actōnes neqȝ pas-
siones Dicere aūt siue intelligere ꝓ
ducere & spirare siue amore elicere
sūt actōnes in nobis & de gn̄e actōis
vel quasi de gn̄e actōis. Sed dicit
quidē & clarius ꝙ intelligere ē actio
nō de gn̄e actōnis. sed de gn̄e q̄lita
tis. Et rō est. nā Aristo. vi. ethi. dr̄.
actōnes īmanētes ip̄m itelligere et
velle. Sed in questiōe venienti latiꝰ
dicet. ¶ Ad argumentū in ꝓncipio
dicit. ꝙ vltīata gn̄atio est cōpositi.
sed imediata ē ip̄ius forme.

Vnaque-
stio tertie distinctōis
vbi q̄ritur vtrū ꝑs in-
tellectīa ꝓ̄ie sumpta vel aliq̄d illiꝰ
sit cā totalis gignēs noticiā actua-
lem vel rō gignēdi. i. si intellectꝰ est
cā totalis & actīa actus intelligēdi.
Vel si cū intellectu req̄rit obiectū
Videt ꝙ sic. q2 mēoria fecūda ē pa
rens noticie genite ꝑm aug. s3 mēo
ria fecūda est ip̄a poña intellectīa ꝑ
cise. ergo &c. ¶ Ad oppositū ē augꝰ.
ix. de trini. In ꝓncipio solutōis po
nitur solutio hen. quolib. iiij. q. vij.

Et post dū dicit doctor. ꝑ ista opi.
arguit per rōnes Est idē hen. quol.
v. q. v. Et iste ponit totā actiuitatē
respectū intellectōis ipi aīe. Scd̄a o
pinio ponit dū dicit doctor. Alia ē
opīo que totaliter ē in alio extremo
Est aūt opīo godofridi de fonti. q̄
lib. vi. q. vij. & quoli. viij. q. ij. & q̄li.
ix. q. xix. et quoli. xiij. q. iij. Et hec o
pinio attribuit obiecto totā actiui-
tatē. Tertia opīo inquit doctor &c.
Hec est hen. quoli. v. q. xiiij. Et dr̄.
ꝙ intellectꝰ vt discurrit ē actiuꝰ vt
recipit passiuꝰ. Et postmodū dum
doctor dr̄ Iste idē eandē positōem
de passione &c. Hen. est quol. iij. q.
vi. Et est opīo. iiij. ¶ Quīta opinio
ponit dū dr̄ doctor. q̄nta opīo po
nitur ꝙ spēs obiecti ī intellectū &c.
Est tho. i. pte sūme. q. lxxxv. ar. ij.
Et dr̄ ꝙ spēs obiecti in intellcū vel
ip̄m obiectū in se p̄ns est gignens
vel rō formalis gignēdi noticiā a-
ctualē in intellectu. Et ip̄e intelle-
ctus tm̄ se h3 tanq̄ materiale nō in
formatꝰ illa spē velut h̄ns obiectū
supplēs vicē spēi. Sexta opīo q̄ re-
dit in idē. & est egidij de rho. quoli.
iij. q. xij. xiij. xiiij. Et dū dicit iste tm̄
due opi. vicȝ. iij. & iiij. &c. hoc ex iiij.
quoli. hen. q. viij. Et dū doctor ar-
guit post cōtra hmōi cōcordiā dū in
quodā loco dr̄ hoc cōfirmat ꝑm opi
nionē illiꝰ doctoris. Hen. est q̄lib.
. iij. q. xix. Ceterū rn̄dendo rōnibus
thomei illo loco. Sed illa aucto. q̄
dicit ꝙ intellectꝰ possibilis &c. quā
ncāriā ꝑtractāt aliqui ē thome. i. ꝑ
te sūme q. lxxxvij. ar. i. Et egidij di
rho. q̄libe. i. q. iij. Et q̄li. ij. q. xxiij.
Et illarū opīonum aliq̄ dicūt ꝙ in

tellectio sit a solo intellectu. Alie q̄ a solo obiecto. Alie q̄ intellect⁹ se habet tanq̄ materiale. ¶ Sed veniendo ad opīonem scoti d̄r. q̄ intellectio actualis ē aliquid ī nobis. nō perpetuū. sed habens esse post ñ esse. Et q̄ oportet ɔcurrere aīam et obiectuȝ pn̄s. Et hoc in specie intelligibili quia alio modo nō est presens nec actu intelligibile loquēdo de sensibili et obiecto materiali. Et sic habetur q̄ obiectum non est totalis causa nec in se nec in specie intelligibili. nec intellectus ꝑm augu. qui dicit. q̄ ex cognoscente ꝛ cognito patitur noticia. Et qua auctoritate habet. q̄ ad intellectōem requirūtur obiectum et intellectus Sed per illam auctoritatem nominales volunt concludere q̄ nō requirunt species ad actum intelligendi. sed nō recte dicunt. Nam auctoritas nō dicit. q̄ ab obiecto ꝛ potentia tm̄. sed q̄ requirūtur obiectum et potentia. ꝛ cū hoc aliquid aliud. scȝ species tertio de anima. Adducitur etiam ab eis textus Aristotelis secūdo ethicoꝝ. scȝ tria sunt in anima. affectus potentia ꝛ habitus. Et ex illo concludūt. ergo non spēs sed ille textus nō ducitur ad propositum. Nam intentio Aristotelis est. q̄ tria sunt in anima que rei agende sunt principiū. Et sic alia est intentio sua q̄ȝ intentio eorum ad quam ducūt textum Sed pro vna auctoritate que ducitur in quinta opinione. vbi dicitur q̄ intellect⁹ se habet sicut materia. quia tertio de aīa. Intelligere est quodāmodo pati. Dicit Scotus q̄ philosophus intelligit de potentijs anime quibus sumus formaliter ꝛ in actu secūdo vt puta de sensu. inquātum est quo formaliter sentimus. ꝛ de intellectū quo formaliter intelligimus. Formaliter aūt intelligimus intellectū inquātum recipit intellectōem. per ista verba volunt dicere intentōem Scoti esse. q̄ intelligere sit recipere intellectōnem. Deinde dicit doctor. q̄ Aristoteles nō dicit q̄ intellectus possibilis in intelligendo nō agat. Scotus d̄r. q̄ Aristo. nō dixit q̄ intellect⁹ in intelligēdo nō agit ergo nō agit. Consequētia non valet ab auctoritate negatiē. Et sic est intētio Scoti qnolibeto. xv. q̄ intellectus possibilis intelligendo agit. Et ideo quidē dicit sic et bene. q̄ intellectus possibilis habet ista duo. scȝ speciem recipere ꝛ in actum intelligendi exire. In primo cū in receptōne speciei est passiuus In secūdo. id ē dum exit in actuȝ intelligendi est actiuus. Et ideo Aristoteles. iij. de aīa dixit. Intelligere ē quodāmodo pati. nō dixit simpliciter pati. sed quodammodo id est quo ad receptōnem. quia q̄ dum exit in actum se habet actiue potest demōstrari ꝑ Aristotelez vi. ethicoꝝ. dicentē intelligere est actio immanēs. actio ē in agēte. iij. phisico. Sȝ ītelligere q̄ est actio ē in ītellcū possibili. ḡ possibile ē. agēs. nā alr̄ nō attribueret maior acto ītellectui possibili q̄ȝ materie prime q̄ nemo philosophus diceret. Et nota q̄ infra argumēta opīonis p̄me inuenies

[Marginalia, handwritten: "Spēs" (left, beside "rūtur obiectum et intellectus Sed"); "tria sunt in aīa" (left, beside "est. q̄ tria sunt in anima"); "intellige ē qodaȝ pati" (right, beside "teles. iij. de aia dixit")]

quõ ẽ vera hec autoritas Agẽs ẽ p̄stãti⁹ passo. loq̄ndo absolute ꝛ simp̄licit̃ ẽ falsa. Nã sol facit hoĩes ꝫ ñ ẽ nobili⁹ hoĩe. cũ viuẽtia nõ viuẽtibus sint meliora ꝓm Aug. Sed ẽ intelligẽdũ agẽs inq̈tũ agẽs ẽ p̄stãtius passo. ꝛ hec in oĩbus ẽ vera.

¶Ad argumẽtũ in principio dico ꝙ memoria secũda includit potentiã intellectiuã cũ obiecto q̄re ꝛc̃.

Decima que

stio tercie distinctiõis vbi queritur vtꝝ principal'r cã noticie in se genite sit obiectuꝫ in se vel in specie p̄ñte. vł ipa p̄s intellectiue aĩe. Videt̃ ꝙ obiectũ. Nã illð ẽ principali⁹ qð mouet nõ motum. aĩa ꝟo mouetur mota ab obiecto. vt h̃r. iij. ð aĩa. Intellectus nõ mouet respectu mot⁹. g̃ ꝛc̃. ¶Ad oppositũ cã vl'is principal'r cõcurrit. patꝫ de sole ꝛ hoĩe. ij. phi. Sꝫ itellectus ẽ cã vl'is. obiectũ p̄ticularis Nã p̄ obiectũ intellect⁹ termĩatur ad hoc vł illð intelligẽdũ. g̃ ꝛc̃. In ista q̄õne nõ sunt opiniões. Sꝫ veniẽdo ad intẽtũ d̃r ꝙ p̄s intellectiua h̃ꝫ principaliorẽ causalitatẽ respectu intellectionis. Et ratio est. q: qñ cause se h̃ñt sic. ꝙ q̄dam ẽ illimitata. i. cõis. Altera ꝟo ꝓm vltimũ sue ꝟtutis termĩat̃ ad certũ effectũ illa q̄ ẽ illimitata. vł illimitatior ꝛ vl'ior videtur esse principalior ꝛ p̄fectior. Exẽplũ de sole ꝛ ð p̄ticularib⁹ generabilib⁹ ꝛ generãtibus. sic se h̃ñt intellect⁹ et obiectuꝫ. Nã intellectus h̃ꝫ ꝟtutẽ illimitatã ꝛ cõem respectu oĩm intelligibilium. Sꝫ obiecta a nobis naturalit̃ cognita h̃ñt ꝟtutẽ determinatam. igitur intellectus erit cã principalior. Vlteri⁹ dicit ꝙ ẽ valde notandũ ꝙ aliqñ obiectũ excedẽs n̄ram facultatẽ p̄tis intellectiue puta obiectũ b̃tificũ vt clare visum p̄t habere totã causalitatẽ respectu visionis. aut principaliorẽq̈ p̄s intellectiua. Et hoc ꝓpter excellentiã talis obiecti. ꝛ defectũ p̄tis intellectiue. Sed ad intellectões requiritur lux creata vł intellect⁹ agẽs qð ꝓ eodẽ accipio. Et d̃r ꝙ sic. i. iij. de aĩa. necesse ẽ in natura aĩe ponere duplicẽ potentiã q̈ꝝ vna ẽ oĩa facere. alia oĩa fieri. Sed ad quid ponit̃ intellect⁹ agẽs. dico ꝙ ad cõcausanduꝫ m̃lta q̄ ponunt̃ vel causant̃ in intellectu possibili. Nã intellectus agens cõtinet in se. iiij. effect⁹ essentialiter ordinatos. Prim⁹ enim concausat cũ fantasmate in itellectu possibili speciem intelligibileꝫ quã non potest fantasma solum causare. Secundus effectus est ipse actus intelligẽdi quem causat cum specie itelligibili. Tercius effectus est dispositõ ad habitum quẽ causat non tamen cum actu. Quartus est effectus habitus quem etiam causat cum specie. Et sic dictum est de intellectu agente in causalitate effectiua istorum. Eodem modo dicendum est de intellectu possibili in causalitate receptiua. Nam eodem modo recipit omnia predicta. Sed posito ꝙ ponatur illa species a quo ducitur a sensu cõmuni ad fantasiã. a fãtasia ad estimatiuaꝫ. ab estimatiua

ad memoriā. Dicit q sunt quidā spūs illā de cellula in cellulā deferētes. ¶ Ad argumentū in pncipio dico q dū recipit spēs l3 intellect⁹ moueat mot⁹ tñ dū exit in actū intelligendi mouet nō motus. vel dz q est cā principalis in operādo licet nō in mouēdo.

Ad decima q̄

stio tercie distinctōis vbi q̄rit. Utrū in mēte sit imago trinitatis. videt q non. Nā qđ est ppriū verbi nō cōuēit creature. sed eē imaginē est ppriū vbi. ḡ rc. Ad oppositū Geñ. i. Faciam⁹ hoiem ad imaginem nostrā. Ad q̄stionē dz q sic. xiiij. de tri. p Aug⁹. dicentē. Ibi q̄renda est imago vbi nihil est meli⁹ in natura nr̄a. s3 nihil est melius in nobis q̄ aīa vel mens. ḡ imago trinitat est in mēte. Et ī hac qōne doctor mouet tria dubia. Et primum soluēdo tāgit quosdā patres dicentes nō hr̄e fecunditatē ad pducendum spm̄ sanctū nisi derelictā ex pductōe filij. hic est Hen. q̄l. vi. q. ḡ post pro rñdendo. Scđo argumēto dicit. si poneret patrē gignere in q̄tū intelligēs sicut ponit vna opi. hec est Hen. q̄li. vi. q. i. S3 p maiori declaratōe q̄ttuor videbimus Primū q̄đ ē imago. Secundū respectu cui⁹ sit in diuīs. Terciū q̄liter sit in mēte in nobis ꝛ in quibus actib⁹. Quartū si illa in q̄bus est distinguant realiter inter se ꝛ ab essentia aīe. ¶ Quantū ad primū scđm viā thome. i. pte. q. xcij. arti. vi. dicit q imago repn̄tat distincte sub rōne indiuidui. vestigiū aūt repn̄tat sub rōne speciei. Improbat vt dicit aliter doctor q imago est repsentatiua toti⁹. vestigiū aūt repn̄tatiuū ptis S3 hoc nō sufficit. q2 fm Aug. li. lxxxiij. q̄ōn. Si essent duo oua filia vnū repn̄taret aliud et tñ vnū non esset imago alteri⁹. q2 fm aug. ibidē imago sequit ip̄m cuius est imago p imitatōē. Et sic imago est repn̄tatiua toti⁹ p imitatiōē ei⁹ cui⁹ est imago. Sed vnū ouū non sic h3 se respectu alteri⁹. ¶ Quantū ad secundū. s. respectū cui⁹ ī diuinis sit imago ī mēte. Intelligendū est q trinitas cōstituit cōceptū in itellectu nr̄o q̄ ē aliqđ totū materiale cuius totius q̄si ptes psone diuie intelligunt. Uñ cōceptus vni⁹ psone est in intellectu nr̄o ptialis respectu cōceptu totius trinitatis. imago ḡ nō attendit in nobis respectu vni⁹ psone. nec respectu illius in q̄ sunt vnū. sed respectu totius trinitatis et vnius. Illud ergo qđ ducit nos in cognitōē trinitat ꝛ vnitatis per modū imitatōis repn̄tabit q̄tum ad illud totale cōceptū quē intellectus nr̄ pōt hr̄e de ea repn̄tabit distinctionē triū psonarū ꝛ vnitatē essentie ꝛ ordinē originis. q2 illa distinctio realis in diuinis est p originē. habebit etiā imitationē vel ordinē essentialē ad ip̄a3 trinitatē quā repn̄tat. ¶ Quantū ad terciū in q̄ in nobis sit imago dz q aīa h3 in se aliquā pfectionē fm quā est actus primus respectu noticie genite. Et hec dz memoria. habet etiā ī se aliā pfectionē fm quā representat in se

Porre an

noticiā genitā formaliter. Et hec dicit intelligētia. et hec hʒ in se pfectionē aliquā ʒm quā recipit volitiones. Et hec dr volūtas. Accipiendo igit ista tria ex pte aie vt sūt sub trib actib suis. Et in istis inquantū trib est vna substātialis rōne illarū triū realitatū q̄ sunt ex pte aie sūt imago. ¶ Quantū ad q̄rtuʒ est opi. tho. i. pte. q. lxxvij. ar. viij. q̄ dicit q potētie aie in q̄b est imago trinitatꝭ sunt distincte realr inter se ⁊ ab essentia aie fluētes sic accidēs a subiecto. sunt tn̄ accidentia inseparabilia. Sʒ hec opi. mihi videtur q sit ꝯ Aug. x. de tri. c. vij. Hec inq̄t tria. memoria. intelligētia. et volūtas qm̄ nō sunt tres vite sʒ vna vita. nec tres mētes sʒ vna mēs. cōsequēter vtiqʒ nō sunt tres substantie sʒ vna substātia. Et p hoc capitulū diffuse pbat h̄. Et sic si sūt vnum nō distinguunt realiter. Et si substātie nō accidēs ꝯ scdm̄ Tho. Sʒ si q̄s dicat. sic se debēt hr̄e potētie inter se ad hoc q sit imago sicut psone. Sed psone in diuinis realr distinguunt. ḡ ⁊ potētie. Dicit doctor in scd̄o di. xv. i fi. q imago dʒ attēdi in potētijs p ꝯparationē ad actus q̄ actus realiter distinguunt. Et sic imago est virtualiter in aīa ⁊ formalr vt est sub actib secundis. ¶ Ad argumentū in pncipio dicit q est ppriū verbi q sit imago pris. Sed aliud est de imagie trinitatis

ad formã naturaliter educendã. videtur q nõ. quia ratio nõ põt esse in re. ergo nec rõ semĩalis in materia. Añs patet. qa ratio est in intellectu. Coña patet. qa ratio semĩalis est rõ Ad oppositũ est augustin' in pluribus locis. Ponit opinio alberti magni dicentis in materia ↄsiderari potentiã passiuam. potentiã receptiuã et actum. qa in rõne semĩali ponit inchoationẽ formarum ¶ Sed circa istam materiã primo queritur qd est semen. Ad qd dico cuz doctore. q semẽ est quoddã corpus ĩpfectum productũ a generãte cui' forma nõ est a natura ꝑpter se ĩtenta. sed propter alterꝫ. vt ex ipo generetur aliqd simile generãti. vñ intelligendũ q semen nõ ponit vt sit principiũ actiuũ generatõis principalit. qa corrũpitur in aduẽtu forme etiã quia ẽ impfectius forma genita. sed habet se in rõne dispositiui materie ad talem formã. quo qdem reducitur ad genus principij effectiui. vnde licet rõ semĩalis sit ĩ materia. nõ tamẽ est aliqua talis inchoatio forme sequẽtis. puta aliqd esse incõpletum. Sed rõ semĩalis ẽ aliqua qualitas necessario ↄsequẽs formã seminis. Sed in materia est aliqd esse forme. dicitur q nõ. ergo quare ex hac materia generat asin' et nõ homo. Dicitur fm ↄmentatorem. vi. metaph. q in materia sunt quedã proportões seu habilitates q determinant actionẽ agentis ad certum terminũ producendũ. Sed in materia pcedunt dimẽsiones ipam formã. Dico q sic. Sed que sunt ille dimensiones. Dico q sunt pluralitas partiũ in materia que ab aliquibus noĩantur quãtitas indeterminata Nõ q ille dimẽsiones sint aliqd accidens. nam inter materiã et formam esset mediũ accidẽs quod est falsum. tamẽ ille dimensiones sint medium. Et ideo dicit q dimẽsiones indeterminate sunt ordo seu positio partiũ. Sed qd est rõ primordialis dicit. q nihil aliud est q̃ ratio in mente artificis. Vñ ratio primordialis est in deo. vel in mente diuina. Sed qd est rõ obediential'. Dicit q est potẽtia in rerum natura qua põt fieri in ea virtute diuĩa. quicqd põt fieri in ea virtute agentis naturalis. vñ potentie obedientiales sunt potẽtie passiue respectu primi. Sed qd est ratio naturalis Dico q est potẽtia actiua vel passiua qua fit aliqd naturaliter. Sed ratões semĩales sunt ꝟtutes medie que sunt inter primũ agens et terminũ quẽ intendũt. Ex quibus omibus potes responsionẽ questionis elicere. Sed in costa Ade de q formata fuit mulier erat ratio seminalis. Dicitur q nõ. quia fm Aristotilez in nono metaphice. caplo vi. Semen nõ est potentia quecũq remota. sed propinqua de qua proximo et per vnuz processum põt res formari. Ad argumentũ in principio dicitur. q ñ sumitur ratio ꝑut est in intellectu. Ideo equiuocatur de ratione.

Irca distinctões decimãnonã q̃rit Utrũ in statu innocẽtie habuissem' corpa im

mortalia. Videt q nō. qꝛ corpꝰ qd indiget alimēto et nutrit videt esse corruptibile tale fuisset corpus in illo gradu. genes. iij. De omi ligno paradisi comedetis. ergo ꝛc. ¶ Ad oppo. ad Rho. v. Per vnū hoiem intrauit mors cōmunis. ¶ Solucō ponitur in pricipio opionis bonauēture in pñti dis. arti. ij. et iij. dicentis q hec propō corpus in statu innocētie fuisset imortale rōne negationis intellecte in hoc qd est immortale. eqpollet isti. Corpus i statu inocentie nō potuit mori. Et hec est distinguenda sm q lꝫ nō potest addi ad lꝫ potuit. p respectuꝫ ad lꝫ mori. et sic ē falsa. Vel pōt addi solū ad mori. ꝛ sic est vera. Rursus soluendo primū argumentū principale post primam solutionē duꝫ dicit. Alij dicūt etiā q fiebat restauratio p esum ligni vite. ꝛ iste est bonauent. vbi supra. ¶ Sed pro maiori declaratōne in hac materia tria videbūtur Primo si i illo statu corpus esset corruptibile. Scdō dato q sic. Vtrū aliquādo fuisset corruptuꝫ. Tertio. si in illo statu corpus illud aliquādo fuisset subiectū passioni. ¶ Quantū ad primū articulum est opio Scoti q corpus hoīs in illo statu ꝛ pro illo statu erat simplr ex se corruptibile. et poterat corrūpi stante antecedēte. i. statu innocentie. ¶ Quantū ad secūdū articulum est intētio doctoris. q corpus illd simpliciter ꝛ ex se erat corruptibile ꝛ potuit nō corrumpi. qd patꝫ pmo auctoritate scripture Genesis. i. In quacūqꝫ die comederitis morte morieris. i. morti addictꝰ eris. Et quo sequtur. q si nō fecisset. nō fuisset mortuus. Item in aīa est potētia ad mortem ꝛ corruptōnem spūalem. tñ nō fuisset reducta ad actū corruptōis pcti stante i illo actu q nec ad actū corruptōis mortꝭ ¶ Cōfirmatur. qa stante corruptōe quantū ad peccatum in aīa debuit stare incorruptio corporis. ¶ Quantum ad tercium articulū dicit. q triplex est passio. Vna scilꝫ que est solus ꝛ pfecto vt audire ꝛc. Et hoc ibi fuisset si nō peccasset Alia ē abiciēs cōueniēs nature. ꝛ tñ nō est lesiua. Et de hac et ā dicit. q pro illo statu fuisset talis passio. qa calidū aliquid ꝯsumpsisset de humido radicali. nō tamē fuisset ista passio lesiua i corpe ade. Tercia passio ē abiciens ꝛ ꝯueniens ꝛ lesiua. ꝛ ista nō fuisset in eo pseruante ipm ipo deo ab omi lesiuo exteriori. ꝛ seipo se pseruante p sapiam suā. Vñ nō fuisset tanta ꝯsumptio humidi radicalis pro qua ipse habuisset famē. Sed adam si nō peccasset ppetue vixisset in paradiso. Ad hoc dicūtur aliqua primū. q hō remanēs in statu innocentie poterat plixissimo tpe ꝯseruari. Scdm. q si hō istius tpis eēt ibi diu viueret. nō tamē tm sicut illi in statu illo. Terciū q nec p ꝯfortatēlo ci nec cibi nec mō nec tūc posset ppetuo viuere. Hoc ptꝫ. nam vita eius erat finita. ꝛ sic oportebat vt hēret periodū. Sed i illo statu fuisset pro creatio plis. Dico q sic. nā dcm est Genes. i. Crescite ꝛ multiplicamini. Sed fuissent mulieres pcreate in il

lo statu dr quod sic. quia eua aliquando debebat mori et sic oportebat ut alie succederent. Nam ob hoc inouauit deus generationem quia quod non poterat saluari in uno saluaretur in alio. et dicitur .ij. anima quod non poterat perpetuari in indiuiduo perpetuetur in specie. ¶ Ad argumentum in principio dr quod habuissent pres' deperdibiles non tamen fuissent corrupte quia fuisset translatus ante mortem. Alij dicunt quod fiebat restauratio per esum ligni vite etc.

Irca distinctionem vicesimam queritur vtrum filij procreati in statu inocentie fuissent statim confirmati in iusticia originali. videtur quod sic et probatur per anselmum in .s. li. cur deus ho. c. xviij. ¶ Ad oppositum quia illi filij fuissent viatores ergo peccatores esse potuerunt non ergo confirmati. Rndendo ad vltimum argumentum dicit quod sic si ista duo posita essent accidentia vniuoca concluderet scilicet bonum iusticie originalis et malum iniusticie originalis. Et debet post addi. Si pro vna est equiuoca et altera vniuoca non tenet. Exemplum. qualitas corruptibilis pot generare qualitatem corruptibilem vt calor calorem igitur qualitas incorruptibilis qualitatem incorruptibilem non sequitur. quia qualitas incorruptibilis imediate a deo creatur. sic in proposito. Sed circa istam materiam sunt tria videnda. Primo videbitur si parentes non peccassent. filij si fuissent nati in iusticia originali. Secundo si per illam fuissent confirmati. Tercio si fuissent nati perfecti secundum corpus. ¶ Quantum ad primum articulum videtur quod iusticia originalis non transfunderetur a parentibus sed esset a deo mediate dono gratie ita quod tota iusticia originalis excepta. scilicet vt includit gratiam et subiectionem virium inferiorum respectu superiorum ex mera libertate diuina fuisset data proli. sicut fuerat data parenti nec tamen merito parentis sed quasi aliquid congruens nature. ¶ Quantum ad secundum arti. dr quod per illam iusticiam non fuissent confirmati. Nam filius non recepisset perfectiorem iusticiam quam pater. Nam effectus non est perfectior quam causa. sed pater poterat eam perdere et perdidit. ergo et filius potuisset eam perdere. ¶ Quantum ad tercium arti. dr quod non statim fuissent perfecti in corpore nec secundum quantitatem nec secundum qualitatem licet citius potuissent in operibus quam modo sed nihilominus iuissent ab imperfecto ad perfectum. Nam natura exigit vt accidens per generationem procedat. sic semper querendo perfectum nec fuisset in eis a principio scientia. tamen facilius ad eam peruenissent quam modo nos. ¶ Ad argumentum in principio dr quod hic anselmus loquitur opinando etc.

Ecunda questio

vicesime distinctionis vbi queritur vtrum in statu innocentie fuissent illi soli geniti qui nunc sunt electi. videtur quod non. quia aliqui ex reprobis sunt nati sed tunc non fuissent reprobi ergo nec filij eorum. ¶ Ad oppositum est Greg. etc. Ad questionem rndetur quod solum illi qui sunt nunc electi fuissent in statu inocentie nati. Et ratio est quia omnis ordinate volens post volitionem finis imediate vult illud quod est imediacius vel proximius fini. Deus est

volens ordinare q̄ vult seipm̄ vel bonitatē suā tanq̄ finē suū. ꝙ autē primius est isti fini bonū creature rōnalis vltimatū siue cōicatio vnica sue bonitatis ē. ⁊ postea vult gratiam que ordinat̄ ad beatitudinem istius beati vel ad fruitionem eius deinde vult istum beatum vt beatificabilem esse nasciturum tali parente. ⁊ sic ꝑ ista sequūt̄ ꝙ nō essent nati nisi electi. Et ꝯfirmat̄ ꝑ greg̃. 8. moraliū in fine. si pentem pmus nulla rubedo corrūperet nequaq̄ ex se filios gehenne generaret sed illi q̄ nunc ꝑ redēptionē sunt saluandi soli ab illo electi nascerent̄. Ex q̄bus possumus r̄ndere q̄stioni affirmatiue. ¶ Ad argumentū in ꝑncipio dico ꝙ si nō fuissent ex illis pentibus fuissent ex aliis.

Tercia questio vicesime distinctiōis

vbi querit̄ vtrum filii in statu inocentie creuissent in corpe ⁊ sciētia sicut mō. Dico inq̄t ꝙ fuissent nesciī ⁊ ꝙ nerui eorum non fuissent apti pmo ad motū ꝓgressiuū. ideo ⁊c. Et hec est tota ⁊ breuissima questio ⁊ in reportatoriis parisiēsibꝫ nullatenus est reperta.

Circa distinctionē vicesimāprimā querit̄ vtrum peccatū pmi hoīs in statu innocentie potuit esse veniale. videt̄ ꝙ nō. q2 demon nō potuit tēptare nisi ad mortale quo. s. pderet illud in quo sibi inuidebat̄. ¶ Ad oppositū qd̄ potest in maius potest ⁊ in minus. sed potuit peccare mortaliter pmo. ergo ⁊ venialiter. Ad hoc dicit frater alex. de ales in. ii. q. coll. q̄ peccat̄ ꝙ nō potuit esse veniale. q2 peccatū pure veniale corrūpere nō habet remanens veniale sūmā rectitudinē quā habuisset hō in statu innocentie. improbat doctor. ¶ Intentio doctoris in hoc passu est ꝙ adam in statu innocentie potuit venialiter peccare. ⁊ hoc suppositio ꝯcesso ab omībꝫ ꝙ aliquis actus ex genere pōt esse pctm̄ veniale vt puta verbū ociosum. sed adam potuit talem actum exercere ociose. s. loq̄ndo. Concludit ergo doctor ꝙ potuit peccare venialiter in illo statu. ¶ Circa qd̄ sciendū ꝙ pctm̄ mortale nō distinguit̄ a veniali in hoc ꝙ mortale est respectu finis eorum que sunt ad finem. sed vtrūq̄ eorum pōt esse circa ea que sunt ad finem ⁊ circa finem. sed in hoc distinguūt̄. q2 pctm̄ mortale ē deordinatio opposita ordinationi sine qua finis non pōt sequi aliquo mō q̄ quidem ordinatio habet pceptū ꝯtra qd̄ deordinatio fit. Et ideo omis deordinatio cadens sub pcepto auertit a fine necessario. Sed alia est ordinatio q̄ pōt esse respectu finis sequēdi que nō est necessaria sed vtilis. ⁊ q̄ nō est de pcepto sed potius de aliq̄ ꝯsilio ⁊ deordinatio opposita huic pctm̄ veniale. nec facit cadere a fine necessario. licz tn̄ nō pcedat meliori mō quo pōt. ⁊ sic cū adam potuit ꝯtra ꝯsiliū venialiter peccare vicz nō faciendo magis expediētia. ¶ Ad argumentū in principio dico ꝙ peccatum potuit esse ex motu vo

luntati ad aliud q̄ nō cadebat sub p̄cepto ꝛc. ideo ꝛc.

Circa distinctionē. 22. querit vtrum peccatū ade fuerit grauissimū. videtur q̄ sic. peccatū est malū ex bono qd ad emit sicut dicit aug. in ench. ſꝫ illud pctm̄ ademit bonū maximū. s. paradisum ꝛc. ¶ Ad oppositū q2 credidit pctm̄ suū veniale qd nō fecisset si putasset esse grauissimū. Ad questionē dicit q̄ nō ꝛ adducit aug. super Geñ. xiij. c. vlti. Et ponit in litera. c. p̄mo. in quo manifeste dicit aug. q̄ adam nō carnali ꝯcupiscentia victus sed amicabili beniuolentia q̄dam ꝯpulsus qua deus offenditur ne offendatur amicus peccauit. Eua autē ſm eū multo magis peccauit quia appetiuit illam equalitatē diuinam. ¶ In hac questione nō sunt opi. ideo breuiter tria videbunt. p̄mo cuius generis sit peccatū ade ꝛ ex qua radice p̄dierit. Secūdo vtrū fuerit grauissimū. Tercio qd fuit maius vel ade vel eue. ¶ Quantū ad p̄mū dico q̄ p̄cessit sicut ex radice. i. ex īordinata dilectione sue vxoris ꝛ non sui. Dilexit em̄ eam tm̄ actu elicito q̄ noluit eā contristari qm̄ credidit sine suo solatio ꝛ a se alienatā mori ꝛ nō habere beatitudineꝫ cū legisset illud. ꝯ. ethi. licꝫ non scriptū esset q̄ in solitudine nō est vita iocunda. Ex radice autē ortus est actus malus quo comedit fructū sibi p̄hibitum. ideo peccatum suū fuit de genere peccati gule nō scd̄m q̄ gula fit ex cōcupiscentia inordinata sibi. sed scd̄m quod ex societate amicabili aliqui excedunt in esu. ¶ Quantum ad secundum articulum si peccatum ade fuit grauissimū inter peccata. dicitur q̄ peccatum esse graue stat dupliciter. Uno modo per se ex deordinatione ꝛ d̄ fformitate formali quam hꝫ. Alio mō ex aliq̄ alio casu cōtingente. Primo modo peccatum ade non fuit grauissimum inter peccata patet. quia directe non fuit contra dilectionem diuinam. nec fuit odium diuinum quale est in damnatis. Scd̄m quid autem in casu fuit grauissimum. quia ex hoc perdidit iusticiam ꝛ incurrit damnationem p̄ se ꝛ pro suis posteris. ¶ Quantum ad tercium articulū vbi dicebatur q̄ fuit maius peccatum ade vel eue. Dicitur q̄ mulieris fuit simpliciter maius. quia fuit superbia ꝛ gula ꝛ cōcupiscentia fructus ꝛ infidelitas aliqua ꝛ fuit causa cur adam peccauit. fuit autē peccatum ade maius scd̄m quid. quia preditus erat maiori sapientia ꝛ fuit plus causa perditionis posteriorum. Nam si ipsa peccasset ꝛ non ipse. non essemus perditi cum ei datum fuerat p̄ceptum ꝛ non mulieri. ¶ Ad argumentum in p̄ncipio dico q̄ fuit grauissimū ex causa ꝯtingente. sed hoc facit grauitatem ſm quid ꝛc.

Secunda qō

22. distinctionis vbi q̄rit vtꝝ pctm̄ p̄mi hoīs fuerit ex ignorantia. vr̄ q̄ sic. Nā aug. de ci. dei. c. xv. ꝛ. xi. sup Geñ. dicit q̄ credidit

peccatū suum fuisse veniale. ¶ Ad oppositū. j. ad Thim. ij. Adā nō ē seductus sed eua. In ista qōne non sunt opi. Et ideo videbimus duo. Primo ponemus distinctiões de inde dicemus ad qstionē. ¶ Quantū ad pmū arti. dr ꝙ ignorantia est triplex vel capit tripli. Primo mō q est causa peccati ꝛ pcedit pctm̄ sic ꝙ si sciret tale esse pctm̄ nō peccaret Secunda est q comitat pctm̄ ꝛ de ista dr peccare ignorans. vel aliqs peccando ignorare. Tertio mō pt sequi ignorantia ex peccato qsi pena eius. ꝛ hoc dupliciter. Primo ꝙ ignoraret vtꝝ tāta pena ex illo peccato sibi debuiss dari. Secūdo mō ꝙ ignorātia esset error. i. ꝙ putaret illud factū esse bonū qd erat malū. ¶ Quantū ad secundū arti. q est rn siuus qstionis vbi dr si peccatū fuit ex ignorātia. dr ꝙ nō fuit ex ignorantia antecedenti. i. q si esset scita euitaret pctm̄. Nam si adā p talem peccasset fuisset excusat⁹. 3. ethi. De alia ignorantia scꝫ circūstātiarum potuit adā peccare p ignorantiam sic ꝙ nō sciuit ꝙ tanta pena sibi debuisset dari. vel ꝙ credidit veniale qd erat mortale. de alio. s. errore qd putaret esse bonū qd erat malū que ignorātia vocat a iurisperitis ignorantia facti. Dico ꝙ talis nō fuit in eo. Nam sciuit ꝯtra pceptū dei esse comedere de ligno. De secūda ignorantia. s. que est cōcomitans pctm̄. dicit ꝙ ista ignorantia fuit in adaꝫ sed ista eū non excusat. 3. ethi. ¶ Et nota in ista materia ꝙ adā pus peccauit q̄ȝ errauit sic intelligendo. qꝛ determinauit prius vxori adherere q̄ȝ deo placere. ꝛ ista volitio fuit peccatum que volitio ante fuit q̄ȝ de ligno comederet. ꝙ voluntas adherens vxori esset pctm̄ ptꝫ. Nam sciebat melius esse deo placere q̄ȝ vxori ꝛ sic habuit errorē improbe volēdo errorem. ¶ Ad argumētū in pncipio dicendū ꝙ ista credulitas erronia vel ꝯcomitabat vel sequebat primū peccatū.

Irca distinctiōꝫ vicesimā tercia querit vtꝝ deus posset facere voluntatē creature rationabilis impeccabilē p naturam. videt ꝙ sic. Nam deus potest facere aliquod corpus ꝙ nō pōt deordinari a motu suo. vt corpus celi Similiter poterit facere aliquē spm̄ q nō poterit deordinari a motu suo inordinabilē ꝛc. ¶ Ad oppositū est ansh. li. cur deus homo. In prīcipio solutionis ponit opi. fratris alexandri de ales. ij. ij. dicentis ꝙ nō. Et pbat auctoritatibus ꝛ rōnibus. Sꝫ ad qōnem rndit doctor negatiue. ꝛ est motus his auctoritatibꝫ. Prima ansh. cur deus homo li. ij. c. x. in fine. rndentis discipulo querēti ab eo cur nō potuit deus facere creaturam rōnabilē impeccabilē p naturam. Rndit ansh. quia non potuit ipsam facere deum. igitur nulla creatura potest esse impeccabilis nisi sit assumpta a supposito diuino. Et hoc idem dicit aug. contra maximinū li. 3. c. xiij. Unde dicit ibi angeli peccauerunt ꝛ demones facti sunt. Et si alicui rationali creature prestatur vt peccare nō posset non

est hoc nature ꝓprie sed gratie dei. Item hieronymus in tractatu de filio ꝓdigo. dicit ꝙ solus ds ē in quē nō potest cadere pctm̄. Et ponitur idem. 7. c. secūdi. ¶ Ad argumentū in principio dico ꝙ nō ē simile. Nam illud corpus mouet natura liter. voluntas vero libere. et sic nō est similitudo.

Irca distinctionē. 24. q̄ritur vtrū portio supior sit potētia dist ncta a portione inferiori. videt ꝙ sic. qr ṡm aug. xij. de trini. 4. c. ymago est in supiori portione sed in inferiori nō est sꝫ hoc nō esset vna et eadem potentia. ¶ Ad oppositū est aug. vbi supra. In hac q̄stione nō sunt opi. sed ad q̄stionem rn̄det ꝙ nō ꝑ aug. xij. de trini. c. 4. In ṗncipio capl'i inquit aīam in hoc duo. s. portionē supiorem et inferiorē nō nisi ꝑ officia ge/minamus Nam dū intellectus memoria et voluntas que libet istarꝫ ꝑ se vicꝫ intellectus intendit regulis supioribꝫ cōtemplandis dr portio supior. Dū aūt intellectus intendit tp̄alibꝫ agendis dr portio inferior Et qḋ dico de intellectu intellige ḋ voluntate et memoria. Et iste intellectus q̄stionis placet doctori. Si ṗo intelligat ꝙ portio inferior sit vna potentia et superior alia. hic intellecctus nō est verus nec ei placet nec est de mente aug. Et sic ṡm primū intellectū rn̄det questioni ne/gatiue. Sed forte aliquis diceret ꝙ scotus nō ponit sic sicut in ṗmo mēbro ponitur. Dicitur ꝙ ymo facit licet sub alijs verbis. Nā in portiōe supiori ponit ymaginē trinitatis ṡm aug. ideo dicit sic portio su/perior est pars mentis nostre com/ṗhendens tres potentias inq̄n ū respicit obiectum primū qḋ est de/us. vnde ad portionē supiorem ꝑtinet memoria intelligentia et volū/tas vt habetur ab aug. qui hic po/nit ymaginem. ideo portio supior est tota ps mentis nostre cōphendens tres potentias inq̄ntum respicit illud quod est ṗmū. Ex quo habetur ꝙ portio superior nō est vna potentia sed plures Sed portio inferior est cognitiua potentie in no/bis que respicit ens ordīabile ad ṗmū ꝓ obiecto simplicis noticie seu ꝓ obiecto intelligentie ꝯponende. respicit etiaꝫ ꝓpositiones tam speculatiuas q̄ꝫ practicas. Ex quo habetur etiam ꝙ portio inferior non est vna potentia sed plures. Nam in portione inferiori etiam debes ponere ymaginē trinitatis et illas tres potentias vt in supiori. Et nota q̄ si in fine questionis vbi inuenies ꝙ ens est obiectum adequatū intelle/ctus. ¶ Ad argumentū in ṗncipio ptꝫ ꝑ ea que dicta sunt.

Irca distinctionē. 25. que/ritur vtrum aliquid aliud a volūtate causet actum volendi in volūtate. videtur ꝙ sic. qr ṡm aristo. 3. ḋ anima ab obiecto cū ipsa de se sit indeterminata ad hoc volendū vel illud. ¶ Ad oppositū est aug. xij. de ciui. c. vj. In ṗncipio adducit godofre. de fontibus quo/libeto. 6. q. 7. et quolibeto. 6. q. 2. et quolibeto. 9. q. xix. et quolibeto. xiij

q.3. dicentis sic. et illud pōt esse causat actū volendi ipsa fantasiā Et infra dum dicit doctor dicunt alij ad rōnem et sub ratione delectationis et sub ratione illiciti. vt patz in obiecto fornicationis. hic ē hein. de gan. quolibeto. xij. q. v. Ad primā aūt rōem god. dum dicebat mouens et motum sunt subiecta distincta idem hein. rn̄dit quolibeto x. q. 9. et quolibeto. xiij. q. ij. et maxime. q. v. et habet solum virtutē in corporalibus. Ad secundā etiam rōnem eius de materia et efficiente nō coincidūt. rn̄dit hein. quolibeto. xiij. q. xj. in volūtate possumus duo 9siderare v l inqn̄tū est appetitus vel inqn̄tū est libera. inqn̄tū est libera efficit inqn̄tū appetitus suscipit. ¶ Ad questionem dicit doctor si aliquid aliud a voluntate causaret actum tunc voluntas de actibus nec mereret nec demereret nec actus euenirent 9tingenter sed necessario postq̄ nō esset in potestate volūtatis p̄sentato obiecto nō velle quod est falsum. Dico igitur ad actum p̄mū siue ad deliberare nō mouetur ab obiecto vel fantasmate sed a seipsa. Nam in sua potestate est deliberare vel nō. Et hoc habetur .3. ethi. in plibus locis. Et 9firmatur p aug. de 9ceptu virginali. c. 4. voluntas est instrumentū seipm mouens. Item aug. xij. de ciui. dei c. 6. vbi dicit si duo sint equaliter affectati aīo et corpe et postea temptantur eadem pulcritudinē vel eodē obiecto. vnde est vnus cadit et alius nō cadit. et dicit hoc solū est a voluntate. Item aug. 2. de li. ar. nisi ea q̄ sunt voluntaria nobis essent posita in ptāte nr̄a et voluntate. voluntas nō esset laudanda nec vituperanda. nec etiam esset monenda. vt qui dicit vel sentit voluntatē nō esse monendā talis exterminandus est ab hominū numero s̄m aug. sed que potentia est nobilior intellectiua vel volitiua. p vtraq3 pte sūt auctoritates aug. 9tra faustū vbi dicit in oībus actibus anime contēplatio p̄cedit. Item aristo. xij. metha. maximā nobilitatē dei esse in hoc intelligit. Itē. x. ethi. Intellectus optimū est eorum que in nobis sunt. sed dico in 9trarium est veritas. Nam nō diligo vt cognoscā s3 cognosco vt diligam. et sic diligere erit finis g̃ nobilior. j. ethi. et. 2. phi. et ad hoc sunt auctoritates sctōrum expsse distinguentes inter voluntatē et rōnem. Unde hugo de lib. ar. dicit sic. habet sane. s. quocūq3 voluntas voluerit se vertere rōnem semp comitantē et quodāmodo pedissequā Item ansel. de conceptu virginali. c. 4. distinguēs inter voluntatē dn̄iū totius regni attribuit voluntati vocans eā reginam regni anime. Item q2 charitas est in volūtate et ī nobiliori. Et ideo auctoribus in 9trarium dicendū est ille auctoritates nō distinguūtur inter voluntatem et rationem. sed 9cludunt totā portionem superiorem. ¶ Ad rationē in p̄ncipio dicitur licet in motione moueatur ab obiecto tn̄ electionē a seipsa habet.

Circa distinctionem. 26. queritur. vtrum gratia sit in essentia anime vel in potentia. videtur quod gratia sit in essentia anime. Nam illud est in essentia anime primo cui conuenit vitam esse anime. quia viuere est proprie secundum essentiam. sed gratia est anime vita. vt patet per aug. de laudibus charitatis. ergo proprie respicit essentiam et non potentiam. ¶ Ad oppositum est aristo. 2. ethi. qui dicit quod tria sunt in anima. scilicet potentia passio et habitus. sed ille est primo in potentia. ¶ In hac questione ponitur opi. tho. in presenti disti. arti. 3. dicentis quod gratia ponitur in essentia anime. Doctor improbat. Est intentio doctoris quod gratia est in potentia. i. in ipsa voluntate primo et non in essentia. probatur sic. Nam gratia est aliqua forma in anima vt habitum est di. xvij. primi li. sed non est passio vel potentia. ergo habitus secundum illam diuisionem phi. 2. ethi. Omnis habitus est in potentia quia opus habentis bonum reddit etc. Confirmatur illud gratia est idem cum gloria realiter vel est per se dispositio ad eam igitur sequitur quod sit per se in eodem subiecto in quo est beatitudo. Beatitudo autem non est per se in essentia sed potentia. ¶ Sed nota quod gratia duplex est. scilicet gratum faciens et gratia gratis data. Et questio est de gratia gratum faciente. sed contrarie opi. dicunt quod gratia est in essentia anime sicut in mediato subiecto. Gratia dico gratum faciens ad differentiam aliarum gratiarum quas concomitatur sicut forte sunt gratie sacramentales qui cumque ponunt in potentiis. vt illuminatio baptismi in intellectu gratia matrimonialis in concupiscibili. sunt enim iste gratie ad determinatos actus potentiarum. ideo ponimus in eis. sed scotus dicit quod non. videtur sibi quod sit in essentia anime. nam gratia tollit peccatum. ergo immediate perficit illud in quo est peccatum immediate. sed hoc est in potentia et non in essentia. vnde illi habent dicere quod peccatum est in essentia et non in potentia immediate. sed gratia est quid absolutum vel respectiuum. Aliqui dicunt quod gratia est quedam qualitas absoluta infusa ipsi anime ad hoc quod sit condigna vita eterna. et sic quod non solum dicit rectitudinem siue respectum ad deum sed dicit aliquid formaliter absolutum et sic ponunt eam in genere qualitatis. ¶ Ad argumentum in principio dico quod gratia sit vita anime sicut amor charitatis et ista sunt in potentia anime etc.

Circa distinctionem. 27. queritur vtrum gratia sit virtus vel quod non. quia sic se habet lumen supernaturale respectu virtutum gratuitarum sicut lumen naturale respectu virtutum naturalium sed lumen naturale non est veritas ergo etc. ¶ Ad oppositum. est habitus ex precedenti questione et non vicium. ergo habitus qui est virtus. Ponitur opi. hein. quodli. xix. q. xiij. quod gratia est quasi lumen supernaturale habens se ad virtutes theologicas sicut lumen naturale se habet ad virtutes acquisitas. et sic non erit virtus. sed doctor dicit quod est virtus et probat sic. Gratia est habitus ex precedenti questione et non habitus qui est vicium. ergo habitus qui est virtus. minor est 2. ethi. et maior etiam per illam sufficientiam quod in anima non sunt nisi tria vt in precedenti questione fuit dictum. Et in hoc potest teneri opi. magistri si

cut tenebat di. xvij. pmi. q spūsſanctus nō p alium habitū distinctū a charitate mouet voluntatē ad diligendum deum meritorie distinctum ab illo habitu quo inhabitat. Ille eñ q aīaʒ inhabitat ē gratia ꝛ ipsa est charitas. sed intelligo q nō oīno sunt vnū gratia ꝛ charitas licet p vno sumant. Nam charitas ē pfectio simplr alias eñ nō formaliter cōpeteret deo qui fm ioh. ē charitas. gratia autē nō est pfectio simpliciter nec formaliter ponit in deo Sed virtutes infuse oriunt a gratia. dico q nō. sic q gratia se habeat vt pncipiū causatiuū eap in anima quia tunc ille nō crearent. ſʒ dico q iste virtutes oriunt a gratia cōcomitatiue sic q gratia comitat eas ¶ Ad argumentū in pncipio dʒ q reducit ad virtuteʒ vel est dispositō ad virtutem.

Irca distinctionem. 28. querit vtp liberp arbitriū hominis sine gratia possit cauere omē peccatū mortale. videtur q sic fm ans. d li. ar. liberp arbitriū est potestas suandi rectitudinē propter se. ergo manente libero ar. manet potestas eius. ¶ Ad oppositū hec videt heresis pelegiana q liberū arbitriū sufficiat sine gratia. In pede questionis allegat gregorium in libro moraliū lib. xv. super illud Job. 34. Conteret multos ꝛc. Ubi notandū q nō est sup illud Job immediate. 34. cōteret multos ꝛc. sed sup textū sequentē in eodem caplo. s. sup illō ei nouit opa eop. idcirco inducet noctem ꝛ cōterent. Et iō glosandus est doctor subtilis. s. q ē super illud verbū mediate vl īmediate. ꝛ maxime qꝛ īmediate quasi sequit iuuat hec cōcordia de cōteret ꝛ contereret. actiuus eñ suuʒ corrñdet passiuū. Soluendo aūt dicit hic dicit q rōne verbop augustini q adducit contra pelagianos q nō possit caueri ab omī peccato sine grā. Sed hic diuersimode ponit. Uno mō q liberp arbitriuʒ possit vitare singula peccata mortalia tñ nō oīa ꝛ hec est bern. d libero. 6. q. xj. Alia rñsio q̄uis liberp quodlibet manēs in peccato mortali possit suare pceptum q̄ntū ad expletionem non tñ q̄tum ad intentioneʒ mandantis qui vult seruare pceptū ex charitate. Est eñ bonauentura in pnti di. arti. j. q. 3. distinguens de impletione mandatop aut q̄ntuʒ ad genus opis ꝛ sic possunt impleri p gratiā gratis datam aut q̄ntum ad intentionem mandantis ꝛ sic nō possunt impleri sine charitate ꝛ gratia gratū faciente. Ad questionem dʒ fm scotū q ille qui est in peccato mortali aliqñ necessario peccat mortaliter. Nam existens in peccato mortali actuali aut tradit obliuioni p negligentiam peccatū suum aut nō si sic omittendo peccat mortaliter negligendo salutem anime sue. Si nō tradit obliuioni aut penitet aut nō. si penitet intrat gratiā si nō peccat mortaliter. ergo sequit q necessario peccat mortaliter. Sʒ hec rō non cogit de peccato veniali. Sed posset pbari. nam tenet aliqñ penitere ſʒ nō pt sine grā Et sic rñdet ad

Questio II

qstionē. q̄ hō non pōt cauere pctā mortalia sine grā Cōfirmat. q̄ fuit heresis pelagiana q̄ liberū arbitriū sufficiebat sine grā. Hec heres vi/detur potissime increpata ab aug. de rectitudie iusticie. ergo 2c. Itē gre/gorius ī O mel. pctm̄ qd̄ pnīa non delet. mox suo pōdere ad aliud trahit. Idē aug᷒. in li. de pfectōe iusticie in fine vbi ait. Quisquis negat nos orare debere ne intrem᷒ in tentationē. negat aūt hic q̄ ꝯcedit ad n̄ peccādū grā dei adiutoriū nō esse necessariū. sed sola lege accepta humanā sufficere volūtatē ab aurib᷒ hoīm remouend᷒ est. Sed hō sine adiutorio grē pōt acq̄rere oēs ꝟtutes morales aliqui dicūt q̄ nō. naz sine grā est defectus. 2 vbi defectus ibi nō est ꝟtus. Sed dicit q̄dā moralis. q̄ ꝟtus moralis pōt dupl'r cōsiderari. scʒ quantū ad duplicē perfectionē quā nata est habere. Primo quātum ad naturalē et ꝯditiones quas debet hr̄e ex rōe. Secūdo q̄ntum ad pfectionē supnaturalē. Si primo mō ꝯsideretur dr̄ q̄ nō. vidʒ bene q̄re nō possit acq̄ri virtus pfecta sine adiutorio grē. vt fuit ī phis: quātum ad pfectionē naturalē vl' essentialē et ncāria req̄sitam in q̄ntuʒ virtus moralis ē non req̄ritur grā. Si aūt ꝯsiderer quātuʒ ad pfectionem accn̄talem q̄ accidit sibi ex grā qua dicit actu pfecta sic dicit q̄ virtus moralis nō potest acquiri sine grā. ¶ Ad rōem an̄. est sua intētio q̄ ex pte. li. ar. pōt seruari iusticia et hoc dum hētur. sed dū non hētur li. ar. non sufficit.

Circa distinctōem. xxix. q̄rit vtrum iusticia originalis sit donū supnaturale in adam. Videt q̄ nō. nam carētia iusticie originalis erat pctm̄. sed si fuisset donum supnaturale eius carētia non fuisset peccatū. ergo 2c. ¶ Ad oppositū est dyonisi᷒ de di. no.. Hic dr̄ hen. quol. vi. ca. v. q̄ sic. q̄ pter rectitudinem illā infusam si q̄ fuerit oportet ponere ī volūtate rectitudinē q̄ est sicut q̄litas in quātitate cui opponitur curuitas inflicta ipi volūtati naturaliter quā incurrit peccādo. 2 ex ista curuitate sequit inobediētia inferiorum. Ad q̄stionē r̄ndetur q̄ iusticia originalis fuit donū supnaturale in adam. Naʒ fm dyonisiū de de di. no. naturalia remanserūt integra. sed iusticia originał nō remāsit. ergo fuit donū supnaturale. In hac q̄stione est vnū certum in quo oēs doctores ꝯcordāt. q̄ iusticia originalis erat al' qd̄ accidēs in pmo parente. qd̄ patet q̄a fuit ablata ab eo vt oēs ponūt. Sed aliq̄ dicunt q̄ ista iusticia erat proprietas hominis naturał. Ad qd̄ dicit q̄ iusticia originał potuit dici naturał sic. i. q̄ erat quedā ꝓprietas nō discōueniēs rei in creatōne sui. et sic dico q̄ erat naturalis. i. nō contra eius naturā. Sed ꝟtute naturali. nisi aliq̄d sibi daret a deo nō hēbat plenuʒ dominiū super appetitū inferiorum. q̄ scʒ posset ipm in omi trāquilitate gubnare. 2 hoc est p adiutoriū diuinū qd̄ debet dici donū supnaturale. 2 hic modus est verus q̄ iusticia fuit donum supnaturale isto vltimo mō.

sed primi parẽtes habuerũt graciã in primo instanti sue creationis. dicũt aliqui ꝙ nõ. qa si sic nõ peccassent. Sꝫ mihi videtur ꝙ habuerint nam opa dei sunt cõpleta ꝛ pfecta. sed sine gracia nõ erant pfecti. ergo habuerũt graciã. Itẽ deus dat graciam rõnali creature merenti vbi ñ est aliquid repugnãs. sed tũc nihil erat repugnãs. Itẽ doctores dicũt. ꝙ adam habuit fidem ĝ graciã. qa nõ videtur ꝙ habuit fideꝫ informẽ Sed iusticia originalꝭ potuit perdi nõ perdita grã gratuꝫ faciente Aliqui dicũt ꝙ de potẽcia absoluta potuit vnum perdi sine alio. tamen de cõi lege per pctm̃ mortale adimẽs vnam. ademit aliam qꝛ vtrũqꝫ opponebat. Sed iusticia originalis ꝛ gracia gratũ faciens erãt idem realiter. Dico ꝙ cõiter tenetur. ꝙ realiter distinguũtur. licet non videatur rõne cogente ¶ Sed ꝑ amissionẽ originalis iusticie natura hũana fuit in naturalibꝫ peiorata Hic stꝰ multiꝰ mõi. sed vereor ẽ ꝙ hõ vulneratꝰ fuit in naturalibꝫ. qa defectus naturales subintrauit sine qbus poterat viuere. si sibi illa grã nõ fuisset sublata. videtur igit ꝙ natura amota ab originali iusticia fuit naturalibꝫ relicta. ꝛ ꝑ ꝯñs vulnerata. nõ quidem ꝙ gradus dispõnis naturalis in ipo fuerit ãmotus. vel natura alterata sua dispõne. Sed quia defectus naturalis icurrit. sub qbus posita est formalr. et hec dicuntur sua vulnera. quia talia in aliis aĩalibꝫ nõ sunt vulnera tm̃ sicut vulnera in homĩe. quia solo actu vel ictu sunt sibi inflicta ¶ Ad argumẽtũ in pricipio ptꝫ ꝑ ea que dicta sunt

Circa distinctionem tricesimã ꝛ tricesimãprimã ꝛ tricesimãsecũdam Et in pria ponũtur due qõnes. Prima est. vtꝝ quilibꝫ propagatꝰ ab adaꝫ ꝑm legem cõem ꝯtrahat peccatũ originale. Videt ꝙ non. Augus. de vera religione ait. peccatũ adeo volũtarium est. vt si nõ volũtarium pctm̃ nõ dicitur. sed nihil est volũtarium in puulis quin nõ habent vsum rõnis. ergo ꝛc. Ad oppositũ. ad Romanos v. per vnũ hoĩem peccatuꝫ in mũdum intrauit. in quo oẽs peccauerũt. Secũda qstio. vtruꝫ illud peccatũ sit carentia originalis iusticie. In tricesimaprima distinctõne querit. Utrum ipa anima ꝯtrahat peccatũ originale a carne infecta In tricesimasecũda distinctõe. vnã mouet questionẽ de remissione pct ĩ originalis. s. vtrum ĩ baptismo remittatur peccatũ originale. Hic articulizat has qstiones. i. respõdit qdruplici articulo. In qbus articulis duas vias tangit. s. Anselmi. et Gandensis. Et qꝛ satis notat doctor noster viam Ans. Idcirco nota qtuor articulis respõdit doctor solenis. Primꝰ articulus est. qliter ab aĩa ꝯtrahitur infectio in carne. Et huic respondit Hen. ꝙ volũtas peccans in carne causauit quandã qualitatẽ morbidã ꝯsequẽtem curuitatem volũtatis que quidẽ qualitas dicitur fomes ꝛ lex mẽbrorum tyrãnica. ꝛ sicut qõdã põdus in carne excitãs motꝰ sensibiles. hec hen.

quol.v.q.xxiij. Secūdus articulꝰ
est.qualiter semiatur caro infecta.
Idem ibidez respōdit.ꝙ vł tota ca
ro parentuȝ fuit infecta ac morbi/
da qualitate vel si nō saltem ex fer/
uore ⁊ libidine ex semiatione infici
tur ipa caro semiata.⁊ sic dicit pri/
me distinctōni. Tercius articulus
est.qliter inficitur ipa anima. Ideȝ
quol.vi.q.xxij.ꝙ in instāti creatio
nis infusionis aīe ipa maculatur a
carne infecta.⁊ sic dic̄ tricesime pri/
me. Quartus articulus.qliter ani/
ma ab ista infectōne anime libera/
tur ꝑ baptismū. Idem ibidē respō/
dit.ꝙ ista curuatio manet in volū
tate quā incurrit peccādo.aut si nō
saltem manet fomes.⁊ solū vt ma/
teria exercente actū virtutis Et sic
dicit tricesimesecūde distinctōni.
¶ Sed doctor iprobat omes has
vias. Et rndit prima qstioni ꝙ a/
daȝ accepit iusticiā pro se ⁊ tota na
tura que tunc erat in eo.⁊ ideo iuste
deus exegit a tota natura in quocū
ꝗ est illam iusticiā quā dedit natu
re.ita ꝙ ꝭm ipm cām cum in adam
pctō personali nudatus tota natu/
ra.ideo ī quocūꝗ īuenietur illa na
tura erit nudata. Sed aliquis dice
ret natura nūero que ē in me nō fuit
nūero in adā.licet bn̄ in spē.ergo q̄
ne natura ꝑsonalis in adam nuda/
uit naturā in me.cuȝ hec mea natu
ra nō cepit aliam iusticiam quā per
diderit. Dicūt aliqui.ꝙ hec natura
fuit in adam causalr. Alij dicūt.ꝙ
filius est debitor.quia adam iusti/
ciā cepit pro eo ⁊ pro alijs ⁊ sic fuit
et fuit donū datum ꝙ filij haberēt
per euȝ. Et sic debebant habere ab
ipo sic fuit iustum ꝙ alij ꝑderent ꝑ
ipo.nam ipo nō habēte.alij ꝑ ipm
nō poterant habere ¶ Ad secūdam
questionē in qua q̄ritur.qd sit pec/
catū originale. Dicitur ꝙ est foīa/
lis carentia iusticie originalis debi
te. Et dicitur debite.qa a primo pa
rente accepte ⁊ in ipo āmisse. Et iō
adam nō habuit peccatū originalē
qa istud debitū nō fuit ad ipm tra
ductū ꝑ alium parentē.sed ipe in se
accepit iusticiam ⁊ actu suo āmisit.
¶ Quantū ad terciū articulū ⁊ ē tri
cesimeprime distinctōis.dicitur ꝙ
aīa trahit peccatū originale mediā
te carne.nō ita ꝙ caro quasi ꝑ quā
titatem quandā vt creatura ī ea cau
set illud peccatū originale. Sed ex
hoc ꝙ caro ꝯcupiscetur semiatur ex
ipa formaliter corpꝰ organicū cui
infunditur.aīa constituēs ꝑsonam
que est filius ade. Ista igitur ꝑsona
quia dicitur naturalis filius ade de
bitrix est iusticie originalis date a
deo ipi ade pro oībus filijs et caret
ea.ergo habet originale. Contrahi
tur ergo istō peccatū in carne inqn/
tum est naturalis rō.⁊ ex hoc debe
re dicitur iusticiam qua ꝑ peccatuȝ
ade caret Sȝ quomō peccatū ori/
ginale transit ꝑ actū generatiue vir
tutis. Hic ponūtur quot modi q̄ sīt
mgr̄i. Primꝰ.ꝙ ex pctō pmi hoīs
orta ē in carne ipiꝰ qdā morbida dis
positio q̄ dr̄ fomes pctī ⁊ lex mēbro
rū ⁊ tyrānicū qddā pōdꝰ ī carne ex/
citās motus sensibiles libidinosos
inclinās aīaȝ ad delectatōes carnal̄s
Scd̄s modꝰ ē ꝙ ī hac īfectōe orit̄ ī

actu genera eius ardor quidē concupiscētie pruriēs ī quo semē inficit. Tercius modus ē ꝙ nata accepta ex illo semie infecto ꝯtrahit silem dispōnem morbidā sicut ⁊ natura. a qua descinditur sicut natura gñata ex semie leprosi ꝯtrahit infectionē. Quartus modus ꝙ ex vnione aīe ad talē carnē ꝯtrahit aīa infectōem. q̄ dicit originale pctm̄. sed primū nō valet. Nā quāto melior ē ꝯplectio tanto fortius ꝯcupiscit qd̄ nō esset si esset morbida dispō cum illa sit oībus cōis. Scd̄m nō valet. nam talis ardor essʒ in hoīe in puris naturalibꝫ et nō aliter qd̄ verꝝ nō est. Itē quia ille ardor etiā est ī alijs aīalibꝫ. Tercium ꝙ dicūt ꝙ semē inficit est cōtra ans. de ꝯceptu ꝟginali q̄ dicit semē nō est plus infectū q̄ꝫ sputū. Quartuʒ ꝙ dicūt ꝙ aīa inficitur infectōe corpis. sicut pomū inficit manu infecta. nō videt intelligibile. s. ꝙ spirituale inficiat a corpali ¶ Ideo ē alius modus dicēdi vt dixi supra ꝙ peccatū transit ꝑ actū gñatiue ꝟtutis. nō tamē ꝑ modū dctm̄. sed ex hoc ꝙ ꝑ actum gñatiuʒ seiatur corpus organicū cui infundit aīa ꝯstituēs personā que ē filius natural. ⁊ ex hoc est debitor iusticie originalis date ade pro se ⁊ suis filijs. ⁊ qa illā non habet forte ē iniustus. ¶ Quantū ad quartū arti. xxxij. dis. dicit ꝙ illud qd̄ est formale in pctō in remissiōe pcī ī delere dicit in se ꝑ oppositū formaliter. vel o ꝑpositū ꝟtualr. g̊ qd̄ ē formale in pctō. s. carētia iusticie illa debet deleri ꝑ positiuū ꝑpriū oppositū. vl ꝑ aliqd ꝟtualiter ꝯtinēs illud oppositū. Grā aūt licet nō ita pfecte ꝯiugat fini vltimo q̄ntuʒ ad aliquē fi. nē actualē. sed insticia originalis pfectius tamē cōiūgit sicut dictū est dis. xxix. ⁊ hoc quantū ad illud fm ꝙ disiungit a fine vltimo pctm̄ orignale simplr eīn eminentius ꝯiungit grā fini sub rōne finis q̄ꝫ iusticia original. Et ideo in prio cum reddit gratia simplr dimittit illud pctm̄ eminētius q̄ꝫ remitteret per ꝑprium positiū. ⁊ licet remaneret carhena illius positiui nō tamē culpa. Sed in baptismo post quaʒ deletur pctm̄ originale. q̄re nō delētur pene ꝯsequētes illud. Dicitur a quodā ꝙ ideo est. vt habeamus exercitium in ꝟtutibus. ⁊ ob hoc etiā vt simus cogniti ꝟtuosi. qa virtus in infirmitate pficitur. q̄ virtus ē circa difficile. ij. ethi. Itē vt per illas miserias deū cognoscamus. Naʒ aliter forte essemus obliti ipius. Sed quomō pueri pui puniūtur isto peccato originali. cuʒ pctm̄ debeat eē volūtarium. ⁊ in eis qūo erit peccatū. postq̄ꝫ nō fit cum volūtate eoꝝ maxime si carent rōne. Itē ex his q̄ habemus ex origine nec laudamur. nec vitupamur iij. ethicoꝝ. Item augus. de vera religione. peccatū a deo est volūtarium. Dicit doctor dicto aristotelis. iij. ethicoꝝ. ꝙ si aristoteles vidisset illam cām nō dixisset illam ꝑpositionē generaliter. nam in ꝑposito nō tenet. Vel dic ꝙ hic non vitupatur pure tanq̄ꝫ malus ex actu ꝑprio. sed tanq̄ꝫ malus ex radice. Et ad augustinū de ve. reli. dr. ꝙ illud pctm̄ est voluntariū vel voluntate

prria vel volũtate illi⁹ cui⁹ motõe debuit in eẽ. Et ob hoc pueri q̃a vitare illŏ nõ pñt. puniũtur nõ pena sensus. sed pena dãni. Sed generatis ex digito homĩs ꝯtraheret pctm̃ originale. dicit̃ ꝙ nõ. q̃a ꝑ actũ generatiẽ põne ꝯtrahit̃ pctm̃. Itez q̃a ex hoc q̃s ꝯtrahit. q̃a ẽ fili⁹ natural' sed gñatus ex digito nõ eẽꝫ fili⁹ naturalis. ex q̃ fieret ꝑ miraculũ ¶ Ad argumẽtuz in pricipio dico. ꝙ fuit voluntariũ in se vl' in radice. ꝛ h̃ sufficit ad pctm̃

Irca distinctõez tricesimã tercĩa querit̃. vtꝝ pctõ originali debeat̃ sola carẽtia visionis diuĩe ꝓ pena Videt̃ ꝙ nõ qꝛ aug. ĩ ench. xxiiij. dic̃ firmissĩe tene. ꝛ nullaten⁹ dubites eos q̃ sine sacramẽto baptismat' de hoc seculo transeũt etni ignis supplicio punicẽdos Ad oppo. est mgr̃ in lr̃a. ꝛ aug. in ench. In hac distinctõne nõ sunt opiniones. Ideo ad questionẽ dicit̃ cum Augu. in ench. caplo lxxiiij. ꝙ habebũt mitissimã penã. ꝛ sic respõdemus ad questionẽ affirmatiue. ĩ quã sententia magistri ꝯcordat. ꝙ dãnati pro solo peccato originali nullam habebũt penam sensus exterioris. puta ignis. quia nullaꝫ delectationẽ inordinatam habuerũt. cui delectatõni respondet acerbitas ignis affligentis vt propria pena. Nec habebũt penam interiorez intrinsecaꝫ. cum nullam inordinatã volitionẽ habuerũt in aliquo statu sequitur ꝙ nullã tristiciam interiorem habebũt. Sed tristabũtur de carentia beatitudinis. ꝙ nõ. Nam si sic maiorẽ penam haberent q̃ȝ illi qui habent penã sensus. Naz haberent tristiciã ꝛ desperationẽ que sunt maiores sed ꝯtendabũtur de illo statu ¶ Sed si q̃ratur de eis quãtum ad cognitionẽ in sue assentõne dicitur. ꝙ cum nõ habent intellectũ impeditũ corꝑe videtur ꝓbabile. ꝙ oĩm naturaliũ ꝯgnoscibiliũ pñt naturaliter cognitionẽ habere excellẽtius q̃ȝ aliqui phi habuerũt pro statu isto. ꝛ ita aliqualẽ beatitudinem naturalẽ de deo. s. cognitionẽ in vniuersali poterũt attingere. Sꝫ si habebũt cognitionẽ beatitudinis in ꝑticulari. dicit̃ ꝙ illa nõ est possibil'. nisi supnaturaliter eleuet̃. ꝛ sic non dabitur eis quia eẽꝫ ad tristiciam et eam nõ demeruerũt habere sicut demeruit pagan⁹. Sed isti dolent de carentia visionis dei. Aliqui dicũt ꝙ nõ. qꝛ h̃ hñt a detmĩatõe diuĩa. Aliȷ̃ licet doleant tñ delectatio quã hñt in cognitõe eoꝝ q̃ nouerũt est maior q̃ȝ sit ille dolor. ꝛ ideo eis sufficit. sed vellent nõ esse. Dico ꝙ nõ. cum sit melius eẽ et dãnatuz q̃ȝ nõ esse ¶ Ad argumentũ in principio dr̃. ꝙ ibi augustin⁹ loquitur excessiue ad terrendũ paganos. sed aliter intelligit.

Irca distinctionẽ tricesimã q̃rtam xxxv. xxxvi. ꝛ xxxvij querit̃. vtꝝ pctm̃ sit ꝑ se corruptio boni Videt̃ ꝙ nõ. naz math. vij. dr̃. ꝙ nõ põt arbor bona fruct⁹ malus facere. ꝛ glo. ibi. nihil est mediũ q̃n cã boni sit bona. ꝛ mali mala. Ad oppositũ est mgr̃ in lr̃a. In xxxv. querit̃. vtꝝ pctm̃ sit corruptõ

rectitudinis in actu. In xxxvi. queritur. vtrum peccatum sit pena culpe vel pecti In xxxvij. an peccatum possit esse a deo. ¶ Soluendo autem has tres questiones. et inquirendo cuius bonum peccati est priuatio. Dicit doctor et est in xxxvij. vltra medium quod est priuatio illius boni in quo est quia illi nocet. Secundo dicit quod est priuatio boni supnaturalis scilicet gratie. Tertio quod est corruptio habituum acquisitorum. quod ad hec tria videtur bona. li. ij. di. xxxv. i. et ij arti. ¶ Sed pro maiori declaratione tria videbuntur ex parte Scoti. Primo quid importetur nomine mali. Secundo vtrum sit dare primum malum quod sit causa omnium aliorum malorum. Tertio si bonum sit causa mali. ¶ Quantum ad primum dicitur quod malum pot dupliciter accipi. Uno modo abstractiue. Alio modo concretiue. Si abstractiue sic dicit puram priuationem. Si concretiue. sed formaliter. i. pro difformitate sic nihil. tamen materialiter est aliquid scilicet actus supra quem ponitur illa difformitas ¶ Quantum ad secundum arti. dicitur quod non est dandum primum malum nec purum malum Nam purum malum est nihil. iiij. ethi. et est iste textus Nam malum seipsum destruit et si integrum vndequaque sit. intolerabile est. glo. i. afficitur nihil ¶ Quantum ad tercium articulum. dicitur quod bonum et bonum sub hac reduplicatione nunquam est causa mali. sed de per accidens bonum possit esse causa mali. sicut malum causa boni. Sed doctor Romanus respondit ad istud tercium quod bonum est causa mali. sed de modo ponendi inquit diuersimode. Uno modo quod bonum est causa per accidens mali. et hoc dupliciter. vel quod accidentalitas sit ex parte cause vel ex parte effectus. Et in hoc vide deuotum doctorem li. ij. di. xxxiiij. arti. i. q. ij. et ij. Et accipiendo accidentalitatem cause ex parte cause et ex parte effectus. Ponitur etiam bonauentura. vbi supra. quod peccatum non habet causam efficientem. sed deficientem. et sic habet pro causa voluntatem. pro causa deficiente et non efficiente ¶ Ad secundam questionem veniendo quod dicitur xxxv. dicitur. dico quod peccatum est corruptio rectitudinis in actu secundo. non autem naturalis. nec cuiuscunque habitualis. nec intelligo de corruptione que est mutatio. potest enim peccatum manere post talem mutationem iusticie ab esse ad non esse. sed intelligo corruptionem formaliter. sicut priuatio dicitur corruptio formaliter sui habitus. hoc enim modo ratio peccati est formaliter corruptio rectitudinis in actu secundo que opponitur illi respectui vt priuatio habitui. hoc habetur ab aug. in li. de duabus animabus. peccatum est velle vetitum. Item Ambrosius in li. de paradiso. peccatum est celestium transgressio mandatorum. Ex quo Scotus soluit istam questionem scilicet quid sit peius peccatum. auersio vel conuersio. Et dicit quod auersio formaliter est non velle finem. quod idem est quod odire. vel illud est peius sed auersio virtualiter est quasi conuertere amorem ad creaturas et hoc est commune omni peccato mortali. et hoc est minus quam odire deum ¶ Ad xxxvi. distinctionem. vtrum peccatum sit pena culpe vel pecti. Dicit bonauentura li. ij. dist. xxxvi. arti. iij. q. i. quod non semper illud quod est pena est a deo. cum inquantum est ordinatum culpe est a deo. quia ipse ordo est a deo. Improbat. Ad questionem dicitur quod sic. Et est auctoritas magistri. a quo magistro pro ista parte dicuntur multe auctoritates probantes quod vnum peccatum est pena alterius peccati. ad quod etiam dicitur a filio cuiusdam

et peccatū est pena alteri⁹ peccati i triplici gn̄e cause.s.finali.efficiente et materiali. In gn̄e cause final' patz Nā furtū est pctm̄ nisi poneret in cā ncitatis.qa illico oia propha fiūt cōia.sed furtū pōt ordinari ad dele/ctationē fornicatōis.ergo τc. In genere cāe efficiētis pōt esse duob⁹ modis. Uno mō per se. Alio mō p ac/cidens. Per accn̄s ptz nā ex remo/tione ꝓhibētis pōt pctm̄ seq̄ pctm̄ sed vnū pctm̄ remouēs ꝓhibēs τ i/pediēs τ subtrahēs grām q̄ hoiem cōseruat τ illud est p accn̄s. Scdo mō de p se inq̄ntū subtrahit ab ho/mie vsuz li.ar. vt ptz de illo q̄ se inebriat τ cadit i aliō pctm̄ vt puta homicidiū τ est cā p se in gn̄e cāe effi/ciētis. qa quicq̄d est cā cāe.est cā cā/ti. ¶ Sed qs diceret actus ille vicio sus trāsit τ nō remanet.g̃ quō est cā. Dico q̄ lz trāseat aliq̄ter.tn̄ manet in suo effectu in gn̄e cāe materialis. Ptz qa vnū peccatū est materia alterius pcti. Sed qs diceret. quō cō/uenit pctō vt pctm̄ est formalr.ista cālitas. vbi sūt duo aduertēda p or/dine. Primū q̄ i pctō cōiter accepto duo sūt.s.materiale vt actus substract⁹.τ formale scz difformitas. Dico ergo q̄ ista cālitas nō ɔuenit pctō rōe sui formal' p se.nullus eñi intendit pro fine difformitatē p se. nec difformitas in pctō est p̄ncipiū actuū.nec habz p se rōem materie. Sz dico q̄ ista cālitas ɔuenit peccato rōne sue materialitatis.s.rōne sui actus substracti τ sic ɔuenit sibi p accn̄s tm̄. Scdo dico q̄ lz ista cā-

litas ɔueniat pctō.nō tn̄ sibi ɔueniēt nērio.qa p̄ncipalr ista cālitas resi/det apd̄ volūtatē. Sz peccatū ē pena alterius pcti. Dico q̄ sic. Nam deus iuste pmit.lz hoiem cadere in aliud pctm̄ propter demeritū pec/cati pcedentis.τ istud malū fm se ē defectus boni.ergo istud ē vera pena fm se alterius peccati. Exēplum si quis teneret aliquē sup lutum.et diceret sibi.si dicas v̄bū tale p̄mit/tam te cadere in lutū.τ si dicerz verbum esset sibi in penā.τ sic dico in ꝓposito ¶ Ad xxxvij.distinctōes dicitur. q̄ peccatū nō potest eē a deo. Cui⁹ rō ē auct.aug.sup illud ioh.si ne ipo factū est nihil.i.peccatū Rō ne ptz.quia faceret ɔtra sui ꝓhibitō nem.nā prohibuit ade.ex quo ha/betur q̄ voluntas creata cāt pctm̄. est intētio doctoris. q̄ volūtas causaret materiale τ formale peccati. Est verū q̄ sanct⁹ doctor dicit. q̄ deus ɔcurrit ad materiale qd̄ est ens.id ē ad actū peccati.sed nō ad formale quod est difformitas.que difformitas est nihil. Sed hec verba non contradicūt huic determinationi.nā hic dicimus. Utrū deus causet peccatum. Aliud nanq3 est causare.et aliud ɔcurrere. Nullo nanq3 modo deus causat actū peccati.nec difformitatē. Itē est auctoritas augustini li.lxxxiij.q.sic inq̄ens. Nullo bomine sapiēte actore fit hō deterior. tāta est eñi in homie culpa.vt in homine sapiente nō cadat. Est eñi deus eñi homī sapiētē pstātior.nō g̃ deo auctore fit hō deterior. Item

Ecūda questio qdragesimeqnte distinctionis vbi querit̄ vtrū aīa separata possit acqrere cognitionē alicuius prius ignoti. vr̄ ꝙ nō. Nā si posset acquirere cognitionē vnius ignoti pari rōne ⁊ cuiuslibet ⁊ sic distātia localis obiecti nō impediret ei⁹ cognitionē qđ videt̄ esse ꝯtra augu. q̄ vult ꝙ aīe separate nō nouerunt ea q̄ hic agunt̄ nisi eis exprimat̄ ab angelis vel ab aīabus ad eas venientibꝫ. ¶ Ad oppositū natura non est sine ꝓpria opatione specifica. j. celi. ⁊ dama. c. vj. sed ꝓpria aīe opatio ē intelligere ergo ⁊c. In ista q̄stione sunt due opiniones. Prima est opinio tho. in q̄rta di. l. q. j. ꝙ aīa separata nihil recipit a rebus materialibꝫ sed intelligit ꝑ spēs receptas a substātijs supioribꝫ. has aūt nō potest recipere in via dū est forma corpis. Secūda opinio ꝙ aīe separate possūt acquirere noticiā prius ignoti tam abstractiuā ꝙ intuitiuā. Et hec est opinio scoti. ⁊ rō est qꝛ positis actiuo ⁊ passiuo sufficienter ⁊ ꝓximatis nō īpeditis sequit̄ actio vel pōt sequi actio. Sed positis intellectū ⁊ obiecto ꝑentē sunt actiuū ⁊ passiuū ⁊ ista nō sunt īpedita ḡ ⁊c. Sed diceres ꝙ reqrit̄ spēs habita a fantasmate. dico ꝙ hoc est in intellectu ꝯiuncto ꝓpter penā peccati. sed in intellectu separato nō quare requiritur nūquid p̄sentia obiecti potest facere illđ qđ fantasma. certe sic. Et ita potest haberi intuitiua ⁊ ab ista intuitiua ꝑfecta obiecto recedenti poterit haberi ꝑfecta abstractiua ⁊ sic erit ꝯclusio clara ꝙ aīa separata pōt habere noticiā prius ignoti tā intuitiuā ꝙ abstractiuā. Ex quo habes hic ꝙ fantasia ꝑ se nō sufficit ad habendū sciam rei intuitiuā ⁊ p̄sentia rei sufficit ꝑ se. In solutione secūde rōnis nota ꝙ licȝ intellectus ꝯiunctus nō possit īmediate abstrahere a re. tn̄ aīa separata potest. Sȝ aliqs quereret si aīa separata potest habere cognitionē alicuius prius ignoti separati hic dicit filius cuiusdam ꝙ de obiecto sibi nō p̄sente nec intuitiuū ⁊ abstractiuā habere potest nisi ministerio angeloꝝ. vel si hn̄t ⁊ nō ab angelis saltem ab aīabꝫ ad eas venientibꝫ. ¶ Ad arg. in princi. pꝫ ꝑ ea que dicta sunt.

Ercia q̄stio qdragesime q̄nte distinctionis vbi querit̄ vtꝝ aīa separata possit recordari p̄teritoꝝ q̄ cognouit ꝯiuncta. videt̄ ꝙ nō. nam phus in li. de memoria ⁊ remis. ponit ꝙ memoria est vis sensitia. ¶ Ad op

positū. Luc. xvj. ait Abraā ad diuitē illum. fili recordare quia recepisti bona in vita tua. In ista questione sunt duo arti. primus an memoria ꝓprie dicta cuius est recordari preteritoꝝ sit in pte sensitiua. secūdus si est in pte intellectiua. ¶ Quantum ad pmū arti. psupponit duo. primū ꝙ aliquis actus cogitandi pteritū est in nobis. secūdū ꝙ recordari nō est cuiuscūqꝫ potentie īmediate. sed tm̄ mō alicuius actus q̄ infuit pmo supposito recordanti. Ex pmo infert quatuor. pmū ꝙ potentia recordatiua hēt post tpus. fm ꝙ recipit fluxū tpis inter instans ꝛ tpus in q̄ fluit illud qd̄ est obiectū recordationis ꝛ instans pn̄tis pceptionis. tercium ꝙ obiectū recordatiōis qn̄ obijcit recordatiōi nō est nisi pn̄tis. qrtum ꝙ potētia recordatiua est ꝯseruatiua speciei. Ex secūdo infert alia qtuor. pmū ꝙ recordatio est duplex obiecti huius vt remoti vel vltimi alicuius circa qd̄ recordās qn̄qꝫ habuit actū humanū. ꝛ alterius vt ꝓximi scꝫ actus humani ꝛ preteriti tendentis illuꝫ in aliud obiectū. fm ꝙ actus preteritus dū infuit impmebat speciē sui in potentia recordatiua. terciū ꝙ oportet actū pteritū hūanū esse obiectū potētie recordatiue qrtū ꝙ nullus pōt hr̄e recordationē nisi de actu ꝓprio hūano. Ex his infert vnā ꝯclusionē ꝙ memoria imꝓprie dicta est in pte sensitiua vel ꝙ recordatio nō potest poni actus ptꝭ sensitiue. vbi nota ꝙ nullus actus q̄ in brutis repit̄ arguit memoriā esse in pte sensitiua. nec obstat de ꝯgregatōe formicaꝝ ꝛ nidificatiōe hirundinū. nā ista fiūt ab instinctu naturali. ꝛ de quibꝫ dicētibꝫ verbis que videnť recordari. dico ꝙ nō recordanť. sed ex q̄dam habitu ꝛ assuefactōne illud faciūt sicut etiam bestie in inuētione viaꝝ vel ꝙ bestia non recordať ꝙ pme diteť se in tali loco talem viam accipiā. sed dū ibi ē cognoscit terram q̄daꝫ instinctu. vel magis ꝓprie q̄dam habitu impfecto ꝛ sic qd̄ facit est a casu. ¶ Quantū ad secundū arti. ońdit ꝙ memoria ꝓprie dicta est in pte intellectiua vbi habes quō se hn̄t memoria sensitiua ꝛ memoria intellectiua inter se ꝛ ad actū recordatiuū. Cōclusio principalis ꝓpria ꝙ memoria intellectiua in aīa sepata nō mēoria sensitiua ꝛ oīm quoꝝ aīa ꝯiuncta poterat recordari potest etiam sepata recordari. nō tamē oīm recordatiōe vt dictum est in pcedenti qōne. In solutione tercie rōnis pncipalis nota ꝙ beati de peccatis cōmissis non recordabūť ꝛ tn̄ mias dn̄i in eternū cantabūt. Et ibi notať opinio Richardi in. iiij. dis. xliij. arti. vij. q. s. cū sua improbatōe. quō etiam si de peccatis recordenť dicit ꝙ illa recordatio nullam in eis tristiciā causabit. Ibi etiam habes ꝙ beatus hēt quicq̄d vult de p̄senti vel de futuro nō tn̄ de preterito. ¶ Ad argu. in pn̄. dr ꝙ licꝫ aristo. ponit memoriā sensitiuā nō tamen negat intellectiuā. nam eam ponit. iij. de aīa.

Quarta questio q̄dragesimequinte distī

ctionis vbi querif vtr͞ beati cogno scant orōnes quas eis facimus vel p eis afferimus. vr͞ q nō. nam solus deus nouit secreta. orō mentalis q maxime est accepta est hmōi g̃ rc.
¶ Ad oppositū ille est. vnus error quē tangit Jeronymus in epl̄a ad vigilantiū rc. Jn ista qōne sūt tres arti. Jn pmo arti. ostendit q btūs naturali cognitione pōt nostras tā vocales q̄ mentales orōnes cognoscere ptz. nam aīa beata vel sepata pōt acquirere noticiā nō solum abstractiuā sed etiam intuitiuā. nō solum sensibilium sicut potest ꝯiuncta sed etiam quorumcūq intelligibiliū. igr̄ orōnem siue vocalem siue mentalē potest cognoscere dū mō imoderata distantia nō impediat vel diuina volūtas nō phibeat. vbi hēs q vnus intellectus pōt cognoscere naturaliter actū intimū alicui intellectui. Jn secūdo articulo oñdit q nō est necesse ex rōne beatitudinis q btūs naturalr̄ cognoscat orōnes nr̄as etiā in verbo r tñ pbabile est q deus reuelat illas qs eis offerimus vel deo noīe eor͞. Jn tercio arti. oñdit q beati orant p il lis a qb orōnes offerunt eis. Et q talis orō stat cū britudine. Sz aliqs diceret btūs recipit istas orōnes si scit q ille q eas offert dānabif quid oportet orare p eo. Eodē mō dicaz si scit q saluabif. dico q btūs non scit vltimatam determinatiōez. pt bñ scire dei cōplacentiā vl indignationē. sed vltima eius determiatio latet eū. sed bene pōt orare p semetipsis. ꝺr q nō sed bñ p aliis. nā ipsi iam sunt in termino nec hñt locum merendi nec demerendi. Sz orōes eor͞ vel rogamīa valēt p amicis vel parentibus vel p hīs a qb orōnes recipiūt. Jn solone scdē rōnis nota q nulla est in mēte opatio intellectus vel volūtatis r q̄cūq ꝯditio vel pprietas realis ipius. qn totū pateat angelo pportionabilr̄ pñti nō ipedito vel aīe nō ipedite pportionablr̄ pñti sicut aīe ꝯiūcte apparet p sensus albedo pñs. deꝰ nouit absq cōditione r hoc ex ppria pfectione. sic q ipossibile est q aliquid ipm late at. iō beati r mali r aīe sepate pter defectū pñtie multos actus nō nouerūt r mali multa pñtia etiā non nouerūt deo ipediente. ¶ Ad argu. in pnci. ꝺr q licz deus p se sciat secreta cordiū tñ alii sciunt de pmittente p angelos rc.

Jrca distinctionē qdragesimā sextam querif vtr͞ in deo sit iusticia. vr͞ q nō. nam. v ethi. c. ii. dñi ad fuū nulla ē iusticia q2 nulla equalitas. g̃ multo fortius dei ad creaturā cū deus possit dicere creature illud. j. Cor͞. qd hēs qd nō accepisti a me. ¶ Ad oppo. i ps. Justicia plena ē dextera tua Jn ista qōe ē videndū. pmo qd sit iusticia scdo quot modis sumif. tercio si in deo est iusticia ¶ Quātū ad primū arti. dicit Anf. de veritate. c. xii. q iusticia est rectitudo volūtatis pr se seruata. sed pħus. v. ethi. magis eam specificat ad ꝯiungens q iusticia est ad alterum. ideo dicit q nec hesperus nec lucifer est ita admirabilis sicut iusticia quia vti ad alter͞

est difficile. ¶ Quantū ad secundū arti. quot modis sumit iusticia dr̄ q̄ duobus modis. qr̄ quedam est iusticia naturalis. alia legalis. iterū legalis est duplex. vl̄is et pticularis. Itē ista legalis pticularis diuidit in distributiuā et cōmutatiuam. Justicia cōmutatia ē cui⁹ mediū accipit fm proportionē arismetricā. et sic requirit equalitatē. nam nihil differt an bonus abstulerit a malo q̄ ecōtra ad hoc vt fiat iusticia et vt reuertat sublatū. vel si bonus mutauerit centū malo. vel malus bono. et ista iusticia debet seruari in punitionibus. Justicia aūt distributiua est cuius mediū sumit fm proportionē geometricā. et ista nō querit equalitatē sed psonarū dignitatē. hoc est si aliqua bona debent diuidi in ciuitate non oībus debent dari equaliter. qr̄ si sic nō fuaret iusticia. sed illa bona debent distribui fm dignitates de q̄bus et alijs annexis. v. ethi. deo dułce latius dicam. ¶ Quantū ad terciū arti. dico ista p ordinē. Primo q̄ in dō ē iusticia qr̄ ē rectitudo mētis. nā in deo est volūtas que est regula oīs inobliq̄tatis. Secūdo q̄ in deo est iusticia vt iusticia est virtus ad alterū ptz. nā est agens q̄ in omī actione sua fuat rectitudinem Tercio q̄ in deo est iusticia legalis qr̄ ibi est veritas practica pcedens oēm determinationē volūtatis diuine ibi est iusticia legalis. s; in deo est aliqua veritas practica pcedens oēm determiationē volūtatis. sicut est ista. diliges dn̄m deū tuū. Quarto q̄ in deo est iusticia pticularis ad se q̄si ad alterū. qr̄ volūtas sua determinat p rectitudinē ad volendū illud qd decet suā bonitatē. hoc ē reddītio d; sibiipsi q̄si alteri. Quinto dico q̄ est ad propositū q̄ iusticia cōmutatiua ẜin deo proprie respicit punitionē et pmiationē vt si p meritis redant pmia et p peccatis supplicia. distributiua vo respicit q̄si naturas et pfectiones supadditas vt sc; nature distribuat pfectio sibi proporcionata. Sed aliq̄s diceret si iusticia distributiua ē in deo et ista respicit dignitatē psonarū quō deus hic se h; q̄ videmus iniustis dare magnas dignitates et iustis miserias. dico q̄ q̄ vident hic nob iniusti forte apud deu; sunt iusti. Uel q̄ aliq̄n malis dat bona hic tpalia. qr̄ non sunt ita mali q̄n fecerint aliquod bonum. et qr̄ illud est remunerandū dat eis h bona vt p alio seculo puniant. ecōuerso non est sic aliquis bonus q̄m aliq̄n in hoc mūdo peccauerit. sed qr̄ ex his peccatis nō meret eternū supplicium. iō h; hic penas vt in alio seculo habeat glia; fm illud Sap. x. Reddit deus mercedē laborū sanctorū suorū. Sed quare deus iustū dimittit mori sine pfessiōe sicut etiā iniustū. dr̄ ad hoc sanctorū determinationē maxime beati bernardini q̄ deus vocat hoīes vel ad maiorē gl'iam vel ad minorē penā. et qr̄ iustum videt in bono proposito sic q̄ si plus viueret forte magis peccaret vocat eū. Sed diceret aliquis facit malā mortē. dico q̄ nō qr̄ nō est putanda mala mors cuius bona vita pcessit. et de malo deus scit q̄ si vi/

ueret peiora que fecit faceret vocat eū sic vt minores hēat penas. Sed quis diceret in dānato. vī q̄ sit magis de iusticia q̄ꝫ de mīa. Nā pctā que fecit sunt finita ꝛ dānat eum in infinitū. dico q̄ dānat eū in infinitū hac de causa. q꞉ deus scit q̄ si viueret in infinitum semꝑ peccaret ꝛ sꝑ in penis iret ꝛ sic ab infinita mala voluntate ꝛ in infinitū eū dānat nō a volūtate simpl'r sꝫ a volūtate ī actu ꝑtim posita ꝛ in potentia ꝓ in qua ponenda si sibi nō obiiceretur. Et in hoc est textus beati Gregorij ad magnā iusticiā dei iudicātis ꝑtinet vt nūq̄ꝫ careat supplicio q̄ nūq̄ꝫ carere voluit pctō. sed hic est magis dubiū si in iusticia cōmutatiua dꝫ ſuari equalitas quō ſuat dando paradisum ꝑ bonis factis cū sit textus ad Ro. viij. Nō sunt ꝯdigne passiones huius seculi ad futuram gl'iam ꝛc̄. dico q̄ deus est maxime liberalis ꝛ dat illud ex liberalitate sua. Sed nos possemus petere paradisum. de iusticia dico q̄ si ꝓponeremus passionē xp̄i ꝛ eandē sit cū nostris bonis teneremus ꝑ vna ꝑte ꝛ paradisū ꝑ alia credo q̄ possemus rectam facere cōmutationem Sed dimittam⁹ passionē xp̄i si oīa bona mūdi facta ꝛ fienda darentur vni aīe posset illa petere de ꝯdigno gl'iam. dicit q̄dam q̄ nō quia oīa hec sunt finita ꝛ gl'ia infinita. ꝛ illa gl'ia est ordinis sup̄ioris. ꝛ est reg'la q̄ si ea que sunt ordinis inferioris multiplicent̄ in infinitū nūq̄ꝫ attingerent ea que sunt ordinis sup̄ioris maxime ad hoc q̄ fieret cōmutatio equalitatis. nam finiti ad infinitū licꝫ sit ꝓportio attingentie nō tamē equalitatis. ḡ ꝑadisus quō a sc̄tis q̄ vitaꝫ ꝛ bona secūda ꝑ xp̄o dederūt potest peti. dr̄ ab aug. q̄d nō de condigno. sꝫ de ꝯgruo. nā postq̄ꝫ cathedre amisse a malis angelis spectent hoīes ꝯgruū est vt ibi ponant̄. ꝛ cōgruū est postq̄ꝫ sumus creature sue vt det nobis victū in hoc mūdo et iustis in alio ꝑadisum. ¶ Ad arg. in p̄n. dr̄ q̄ nō est ibi eq̄litas simpl'r nisi ad seip̄m. ideo nec iusticia simpliciter nisi ad se quasi ad alteꝝ sed equalitas aliqualis potest ibi poni qualis pōt esse dn̄i excedentis valde ad ſuū excessum.

Secunda que

stio q̄dragesimesexte distin. vbi querit̄ vtꝝ in deo sit mīa Videt̄ q̄ non. q꞉ ſm damas. li. ij. c. xiiij. Misericordia ē ꝯpassio de malo alieno. in deo nulla est cōpassio ergo ꝛc̄. ¶ Ad oppositum in ps. patiens ꝛ multū misericors. In ista q̄ōne sunt duo videnda. p̄mo quid sit misericordia. secūdo si in deo est mīa. ¶ Quantū ad p̄mū arti. dico q̄ mīa duo īportat. vnū principale aliud ex ꝯsequenti p̄ncipale in mīa est habitus vel forma qua volum⁹ miseriā alterius. ꝛ quia vel nolum⁹ miseriā eius in futuꝝ tunc p̄seruamus si possumus. Vel q꞉ nolumus miseriā p̄ntē tunc reuelamus si possumus. Ex ꝯsequenti aūt mīa īportat q̄ndam displicentiā ꝛ passionē vnde iste mō misericors idem est q̄ miseꝝ hn̄s cor. ¶ Quantū ad sc̄m

articulū dico duo ꝙ isto mō secundo in deo nō est misericordia cū in deo nlla passio vel miseria possit poni. secūdo ꝙ accipiendo misericordiam. primo modo ipsa ꝓprie est in deo quod ptꝫ sic. quia sicut nullum bonū euenit nisi deo volēte. ita nullum malū ꝓhibet ne eueniat nisi ᵭo volente. Sed mlte miserie possibiles euenire aliquando ꝓhibent ne eueniant. ergo deus habet nolle respectu illaꝝ ꝛ ꝑmissionem respectu venientiū. ¶ Ad argu. in prin. ptꝫ ꝑ ea q̄ in lr̄a sunt posita.

Ercia questio q̄dragesimesexte distinctionis.

vbi querit vtꝝ in deo distinguātur mīa ꝛ iusticia. videt ꝙ nō nam aug. xj. de ciui. dei inquit simplex est deus qᵭ est quicq̄d hꝫ ꝛ hoc de eo qᵭ ᵭr ad se eius hmōi est mīa ꝛ iusticia. ergo deus est iusticia deꝰ est mīa. ¶ Ad oppositū est cassandrus sup ps̄. v. hee due res semper sunt ad inuicem. ꝛ loquit de mīa ꝛ iusticia. Est prima opīo tho. in. iiij di. xlvj. q. j. ꝛ in illa ꝑ totū. ꝛ Rich. di. eadem. q. ij. arti. ij. dicentium ꝙ mīa est ps iusticie ꝛ nō distinguitur ab ea. Sed opi. est doctoris ꝙ iusticia ꝛ mīa distinguūtur formalr̄ in deo. Ad auctem in prin. dicit ꝙ lꝫ mīa ꝛ iusticia sint idē realiter in ᵭo tn̄ distinguūt formalr̄ quare ꝛc̄.

Uarta questio q̄dragesimesexte disti.

vbi querit vtꝝ. in punitione malorū ꝯcurrat ex ꝑte dei punientis iusticia cum mīa. videt ꝙ nō. qꝛ sunt opposita. nam qᵭ ꝑ mīam fit iusticie regnare videt. ¶ Ad oppositum ſm aug. vbi sup̄ in ᵭo nō distinguūtur. Pⁱō ponit rōnē mīe ſm rōnē iusticie ꝛ mīe sūptū. ꝙ in omī ope dei ꝯcurrūt iusticia ꝛ mīa. ꝛ ponit ꝯgruentiā ad hoc. ꝛ est tho. j. ꝑte. q. j. arti. iiij. ꝛ in di. p̄nti. arti. ij. q. ij. in rn̄sione ad secundā q̄stiunculā. Sꝫ ibidem doctor ostendit ꝙ nec ratio nec ꝯgruētia ꝯcludūt. Sed doctor rn̄det ad qōnem aliter ꝛ tractat quatuor arti. In ꝑmo arti. inquirit que sit punitio maloꝝ ꝛ dicit ꝙ punitio est carentia ꝑceptibilis boni ꝯuenientis. vl ꝑceptibilis punitio mali disconuenientis vtrūqꝫ est in natura intellectuali. vbi habes ꝙ duplex est bonū nature intellectualis. s. cōmodi ꝛ honesti ꝛ ꝙ vtile reducit ad ista etiam ostendit ꝙ in voluntate vt sibi disconueniens tali nature puta operatio vl passio distincta contra operationem vel operatio disconueniens nō q̄daꝫ generaliter. sed quia nolita hmōi operatio in damnatis ē semp intensa ꝯsideratio ignis. Ibidem habes ꝙ quadruplex tristicia in genere est in damnatis duplex ᵭ priuatione duplicis boni. s. honesti que potest dici pena verius ꝛ cōmodi. ꝛ duplex de duplici positione. s. de disconuenienti detentione ꝑpetua ignis vt diffinitiue locantis. ꝛ de detentione ꝑpetua ignis. vt in ꝯsideratione ignis. In secūdo arti. ponit quō punitio maloꝝ est a deo Prima ꝯclusio ꝙ ꝑma pena que ē

ↄtinuatio culpe nō hȝ deū ꝑ causa positiua.sȝ ꝑ causa negatiua remota. Secūda ↄclusio ꝙ secūda pena que est ꝓuatio beatitudinis nō hēt deum ꝑ causa positiua sed ꝑ causa negatiua. Tercia cōclusio ꝙ tercia ꝛ quarta pena q̄ sunt detentio localis diffinitiue in ipso igne. ꝛ detentio in ↄsideratiōe intensa ignis habent deū ꝑ cā positiua mediata qꝛ mediante a ꝓꝛehensione obiecti In tercio arti.oñdit an ī ista punitione ↄcurrat iusticia ex ꝑte diuina. Prima ↄclusio ꝙ iuste deꝰ dimittit dāmnatū ꝑpetuo in culpa. ꝛ hanc declarat multipliciter. Secūda ↄclusio ꝙ secūda pena sic est a deo negatiue qꝛ nō ↄfert beatitudinē ꝛ hoc qd̄ ē non ↄferre btītudinē iuste est a deo. Tercia ↄclusio ꝙ tercia pena q̄ est locari diffinitiue in igne siue in vilissimo loco vniuersi.ibi ↄcurrit iusticia.vbi habes q̄re deꝰ ꝑmittit fieri mala in vniuerso.ibidē ꝙ rō de ꝑfectione vniuersi nec de manifesta diuine iusticie.nec de coꝛrñdentia mali pene ad malū culpe. nec ꝺ leticia bonoꝝ.nec de punitione malorꝝ ↄcludūt deū debere mala ꝑmitti in vniuerso fieri. Sed dicit aug. in encheridion in.c.xj. ꝙ potens ē de illis malis bona elicere.idē in eodem.c.mala ↄueniēter situata eminentius cōmendant bona. Ex q̄bꝫ pōt colligere q̄re deus ꝑmittit mala fieri. Quarta ↄclusio. quō est iusticia quasi q̄rte pene q̄ est determinatio intellectus dānati ad ↄsiderandū intense ipm ignem cū impedimento ne alia posset ↄsiderare q̄ ↄsideratio alioꝝ que minueret istaȝ penam ꝛ hoc est a deo. In quarto arti. ostendit an misericoꝛdia ↄcurrit in ista punitone ex ꝑte dei puniētis. ꝛ est opinio Tho. in pñti dist. q.ij. arti.ij. ad pꝛimā questiunculam.dicit ꝙ deus vt dans ꝛ agens excedit passum. ideo datio excedit passionē. Et ob hoc semꝑ deus dat vltra ↄdignū. Opio ꝓꝛia ꝙ ideo ↄcurrit misericoꝛdia qꝛ aplꝰs est ꝑfectius q̄nto a pluribꝫ ꝟtutibꝫ ꝓcedit.ideo si in ista punitione infligit̄ aliquid ad qd̄ tribuendū inclinat misericoꝛdia.mīa supexaltabit iudicium. In solutione secūde rationis nota quare pena est eterna. dicitur ꝙ si malus perpetue vixisset perpetue peccasset ideo perpetue punitur.quia perpetue peccauit in volūtate ꝛ est ratio gregoꝛij in libro moralium suꝑ illud Job. ¶Ad argu. in pn.dico ꝙ simplr̄ nō sunt oppo sita imo finit iusticia nisi sit pietas vel misericoꝛdia sibi iuncta.

Circa distinctionē q̄dragesimāseptimā querit̄. vtruȝ vl'e iudiciū sit futuꝝ. vr̄ ꝙ nō.nā dr̄ in ps̄. nō resurgent impij in iudicio.ḡ nō erit vl'e. Ad oppo. est augu.de ciui.dei.c.xx.ꝛ.xxj. In ista q̄one sunt tria videda.pmo q̄d est ↄpleta diffinitio iudicij. scdo si vl'e iudicū est futuꝝ.tercio mouet aliqua dubia. Quātū ad pmū arti. q̄d est iudiciū. dimissis aliquibus diffinitionibꝫ ptibus dicit̄ ꝙ iudiciū est ↄpleta determinatio ꝛ autentica reddendi alicui ꝟm merita sua ponit̄ in diffinitione cōpleta. quia

includit determinationem firmam intellectus ꝛ volūtatis efficientē h̄ est voluntat⁹ potentis ꝛ intendētis determiarōꝫ intellect⁹ distributiue hoc ē qđ specificat̄ ꝑ illud autentice q̄ꝛ ꝑ hoc intelligit̄ ꝙ sit illius q̄ ꝓm suā volitionē efficacē pt determinationē intellect⁹ ꝛ volūtatꝫ ꝓducere ad effectū. ¶ Quantū ad secunduꝫ arti. ponūt̄ quatuoꝛ ꝯgruētie quaꝝ ꝓma talis est. Congruū ē sepāre bonos a malis q̄ sepatio habet fieri ꝑ iudiciū. Secūda ꝯgruētia est ꝙ in secretis iudicijs q̄ fiūt circa singl'as ꝑsonas licꝫ sint iusta nō tñ omib⁹ manifesta ꝛ sic rōnabile est vt in iudicio generali manifestant̄ Tercia ꝯgruentia est ꝙ sicut res exeūt a ꝑmo effectiuo ita reducunt̄ in finē. ꝛ sic opoꝛtet vt fiat iudiciū in quo fiat hec reductio ad ꝑmū a quo exierūt. Quarta ꝯgruentia est ꝙ ꝑter h̄ ꝙ vnusquisq̄ꝫ asscribat̄ regno vel ciuitati tota m̄ltitudo ꝑuisa ad regnū debet aliq̄n determinari ad possidēdum illud ꝛ tota alia multitudo reliqui carceri vt hoc mō sit sequestratio duaꝝ ciuitatū. sicut aug. tractat per totū de ciui. dei. ꝛ sic opoꝛtet vt mediante iudicio mittant̄ in ciuitatē vel relnquant̄ carceri. Quantū ad terciū arti. mouet aliqua dubia Primū vtꝝ iudiciū fiet in tꝑe vel in instanti. Et si in tꝑe vel breui vł nō breui. Ex quo ponit aliq̄s modos. primus qđ si quilibet debꝫ in speciali scire speciali merita vel demerita alioꝝ fiet in tꝑe longo sed si debet scire sua merita vel demerita in speciali ꝛ alioꝝ in generali fiet tēpoꝛe breui. Uel si possint oīa successiue simul vnico actu hoc deus possꝫ facere si vellet. sic iudiciū fiet in instanti. Scđm dubiū disceptatio in iudicio erit vocalis vel mentalis. dicit̄ ꝙ si iudicū erit in instanti erit mentalis. si in tempe erit vocalis. Sed dicit scotus ꝙ magis ē ꝯsonū euangelio ꝙ sit vocalis. Sꝫ si vocalis in qua lingua. nam aliq̄ dicūt ꝙ loquemur linguam latinaꝫ alij grecaꝫ franciscus de mayrons. dicit ꝙ ebꝛaycā. alij ꝙ erit noua formatio lingue. dico ꝙ in hoc casu qđ melius scit dicat. credo ꝙ nemo certe potest dicere. Et si aliqui in hoc faciūt casum ideo faciunt vt videant̄ a populo. Tercium dubium in quo loco fiet iudicium. dicunt aliq̄ ꝙ fiet in valle iosaphat. Et videt̄ innuere Johelis ꝓpheta. Sed apostolus vult pꝛima ad Thessal. iiij. ꝙ boni rapiēter obuiam bꝛisto in aera. mali autem relinquant̄ in terra. ꝛ ꝑ consequens boni nō erunt in valle iosaphat. ꝛ ideo magister sententiaꝝ ꝑ vltimo caplo huius distin. dicit ꝙ quidam pueriliter illud Johelis intelligentes dicūt in valle Josaphat que vallis ē in pede montis oliueti versus istam partem domini ad iudicium descensurum quod friuoluꝫ est Josophat autem interpꝛetat̄ iudiciū dei. in valle ergo Josophat. id est domini iudicium/. congregabuntur omēs impij. iusti vero non descendunt in valle iudicij. id est inter damnatos

natos. sed in nubibꝫ eleuabūtur, et exient obuiam xpo. Sz in qua manu ponētur iusti. Dī q in manu dextera xpi. cum sp manꝰ dextera sit honoratior sinistra. vt habet ab Aris. v. phisi. Itez quia xps sedet ad dexterā dei patris tanq in pte honorabiliori. In aliquibꝫ vero mūdi ptibus qui vadit ppe parietē ille ē honorabilior. nescio vñ ortuz habuit hic vsus Ad auctoritatē in pncipio dicit. q nō resurgēt impij ad vitaz. tamē bñ ad iuditiū.

Ecūda questio qdragesimeseptie distinctōnis

vbi qritur. vtrz mūdus sit purgādus p ignez. Videt q nō. quia tūc ignis purgaret per ignem. cū etiā elemēta debeāt purgari. Ad oppositū in psalmo. Ignis añ ipm pcedit. In ista qstione sunt qtuor videnda. Pmo si mūdus purget p ignez. Scdo quis ē ille ignis. Tertio qntum ascēdet. Quarto si precedet aut seqtur iudiciū. Quantū ad primū articulū dicit q purgabitur p ignem auctoritate Petri in scda canonica. c. iij. Celi ardentes simul soluētur et elemēta ardore ignis tepescent. Itez Esaie vltimo Dñs in igne veniet. huiꝰ intētionis ē Aug. scdo. de ciui. dei. Quantū ad scdm arti. quis erit ille ignis. Dr triplicit. Vno mō q ille ignis erit riuus de nouo creatꝰ. iuxta illud Daniel vij. Fluuiꝰ igneꝰ rapidusqz Egrediebatur a facie et seqtur iudiciū fecit et libri apti sunt. Alius modus q erit fluuius igneus p ptureз corpoz celestiuz generatus. Tertio mō dicit Scotus. q sicut in diluuio non fuerūt noue aque create. sed dispse ꝯgregate. sic erit i iuditio q omes ignes ꝯgregabūtur. Et hoc sentit Augꝰ. in scdo. de ciui. dei figūa inqt huiꝰ mūdi mūdanoz igniū ꝯflagratōe peribit sicut factum est in diluuio.

¶ Quantū ad tertiū articulū. s. qntum ascēdet. Dico q qntum durabunt elemēta. et sic plus ascēdet q̄ aqua diluuij. Quantū ad quartū articulū aliqui dicūt q duplex est iuditiū. s. determiatiōnis et executōis et q iuditiū determiatōnis pcedet ignem. sed nō iuditiū executōis. sed sequet. Alij dicūt. q ignis facit duo scз purgat et inouat. et q rōne purgationis pcedet. sed rōne inouatōis sequetur. Tertius modꝰ vt habet a glosa sup illo vbo. purgauit filios leui etc. duos ignes futuros legimꝰ vnū qui purgabit electos. aliuz qui cruciabit reprobos. pmꝰ pcedit iuditiū. scds ignis sequet eum. Et potest haberi p August. xx. de ciui ta. dei. vbi dicit iudicatis impijs et in eternū ignem missis ¶ Ad argumētum in principio dico. q nō habeo pro incōuenienti q iste ignis mixtꝰ purgetur p illum ignem purz.

Irca distinctōem qdragesimāoctauaз queritur. vtrz christus iudicabit i forma humana. Videtur q nō. Nam iudicare nō est nisi potestatē habētis. et dominiū super iuditiū christꝰ sm naturam humanā est frater noster. ergo nō dominꝰ. Ad oppositū prātem dedit ei iuditiū faciendi. quia

filius homis.ergo ꝑm hūanam naturam data est sibi ptās iudicandi In ista q̄stione est pria opio Thome in p̄nti distinctōne.q.i.ꝙ xp̄us meruit habere vl'e dominiū creature ꝑ suam passionem.ꝛ ideo in forma in qua est passus iudicabit.non autē apparebit ibi in forma diuina. quia illa sine gaudio videri nō pōt. Tūc autē impij nullū gaudiū habebūt.īprobat opioem q̄ ad duo.contra q̄ ponit duas ꝯclusiones. Pria ꝙ licet xp̄s in forma hūana iudicet non tamē iudicabit ꝑm formā hūanam. Et quo habes ꝙ xp̄s rōne redemptōnis nō meruit pricipale dominiū creature. Ponit scd̄am ꝯclusionē ꝯtra ꝑm qd̄ dixit in sua positione de gaudio.ꝛ ꝯclusio est ista ꝙ visio diuine essentie pōt a delectatōne separi.ꝛ probat sic. Absolutum prius natura al o sine ꝯtradictione esse sine illo. visio diuine essentie est quid absolutū per compationē ad gaudiū.ꝛ ē prius naturalr alio.nā obiectum nō delectat nisi prius apprehensum.Sed aliq̄s diceret.illa visio pōt esse nō delectabilis.Dico ꝙ nō.sed pōt nō delectare.sicut hō nō potest esse nō risibilis.sed pōt nō ridere.S; illi qui dicūt ꝙ felicitas est in clara visione diuine essentie. sed felicitatē seq̄tur delectatio tanquā passio.x.ethi.ideo oportet dicere ꝑm istos ne subiectum detur sine passione.ꝙ felicitas nō est in visione absolute sed ī visione simul cum delectatōne.S; pro pte Scoti posset adduci auctoritas Jo.xvij.hec ē vita eterna vt cognoscā te.nō dixit vt delectet in te.S; pro opione scoti ꝛ respōsiuo q̄stionis iudicare capitur dupliciter Uno modo principaliter. Alio mō ꝯmissarie. Pro pmo pono istam ꝯclusionē.xp̄s non iudicabit pricipaliter ꝑm hūunitatem ꝑm ꝙ pricipaliter iudicare importat pfectam determiatōem ꝛ nō subordinatā talis pmij reddendi ꝓ tali merito ꝛ velle efficax ad exequendum qd̄ est determiatum.nā sic sola trinitas iudicabit.Secūda ꝯclusio ꝙ sumēdo iudicare nō oīno principaliter sed ꝯmissarie ꝛ subordinate cū excellentia singl'ari qualis nulli creature ꝯmitti pōt vt sc; ab eadē psona reddat istud ꝙ intellect⁹ aīe xp̄i recte iudicat ꝑm hūanitatē cōueniet xp̄o ꝑm aīam ꝛ iudicabit ꝑm aīam. ibi habes ꝙ nulla maior auctoritas pōt xp̄o attribui sine blasphemia q̄; iudicare Jn solutōne vltime rōnis nota.ꝙ xp̄s in iudicō videbitur a beatis in forma gloriosa corpis.a malis aūt vel nō videbit in vita ista vl' si videbit nō tamē delectabūtur. Jbi nota expōem illius auctoritatis. Tollatur impi⁹ ne videat gl'am dei ¶ Ad argumentū in principio dico.ꝙ xp̄s vt homo hēt ptātem ꝯmissariā emineutissimā.s; nō principalē ꝛ ita ꝯpetit sibi nō principaliter iudicare vt hō.

Ecūda que

stio q̄dragesimeoctaue distinctionis vbi q̄ritur. vtrum in iudicio vel post iudiciū cessabit motus corporꝫ supra celestium. Uidetur ꝙ non. Nam dicit Genes.viij.

cunctis diebus terre estas & hyems nox et dies nõ requiescẽt Ad oppo/situm in tũc nõ erit vicissitudo diei et noctis. ꝛ probat illud Zacharie. xiiij. erit dies vna ꝛc. Itẽ Isidorus de or/dine creaturaꝝ c. v. et ponit in littera post iudiciũ sui laboris sol mercedem suscipiet. ꝛ nõ venient ad occasum nec sol nec luna. sed in ordine quo creati sũt stabũt ne ipsi incarcerati sub terra positi fruãtur lumĩe eoꝝ. Vñ Abacuch vlti. sol ꝛ luna stabũt in ordine suo In ista q̃stione prĩo po/nẽtur opiniones phõꝝ scdo opio/nes theologoꝝ. tertio si valẽt rões eoꝝ. q̃rto si motus celi ẽ natural' vl' violentus. Quantũ ad primũ arti/culũ diceret phũs. sicut pꝫ p eum ĩ diuersis locis. ꝙ motus celi est ppetuus. Prima rõ. substãtia sepata ñ põt carere suo fine. vt habet. xij. metaphi. Sed vltim⁹ finis substãtie sepate est in causando latõem corporis celestis. ergo ꝛc. Scda ratio in/telligentia mouẽs celum est quedaꝫ subña pmanens ꝛ sempiterna ꝛ ce/lum simil'r ꝛ mouet illũ. ergo h̃ sempiternũ habet eandẽ habitudinẽ ad aliud sicut mouẽs ad motũ. ꝛ p ɔ̃se quẽs mot⁹ est variabil'. ¶ Quantũ ad secũdum articulũ dicũt theoligi oppositũ. p quo adducũt auctoritates ꝛ ratões. Est auctoritas Isaie lx. nõ erit tibi sol amplius ad lucen/duꝫ p diez. Alia auctoritas ẽ Apocalipsis. x. vbi iurat ꝙ amplius tẽ/pus nõ erit. ergo nec motus cũ sint subiecta ꝛ propa passio. iiij. phisicorum. ¶ Quantum ad tertiũ articu/lum dicitur in ɔclusione cum theologis ꝙ post iudicium cessabit motus corpoꝝ celestiũ. Sed nec theologi nec philosophi probãt suaꝫ cõclusionẽ. ꝛ ꝙ efficacius probãt philosophi. theologi vero nõ probant. Nam autoritas Esaie nõ negat solem tũc lucere. sed tm̃ dicit his qui erũt in vita eterna. vsus luc͂ nõ prestabit. Illud vero Apocalipsis in/telligitur ꝙ nõ erit tẽpus vt impleatur aliqua ꝓphetia. quia iam oẽs erunt implete. Nec prima rõ philo/sophoꝝ probat. q̄a nõ est finis substantiaꝝ sepataꝝ mouere orbes. sꝫ propri⁹ finis est in speculatõe veritatis. vt pꝫ xij. metaph. Nec scda ratio valet. qꝛ oportet negare illaꝫ propõem vel melius ꝓportõem in agente volũtario vel maiorẽ negare si sit argumentũ. Nã ibi agens passum habebit formã nouam. Quantum ad quartum articuluꝫ dico. ꝙ motus celi nec est naturalis nec violentus. vt patet p Auicẽnaꝫ. ix. metaphisice. Non naturalis. quia oĩs motus naturalis est ad quietẽ naturalem. ꝛ tũc si nõ quiescit naturali/ter erit violentus In solutõne quarte ratõnis nota. ꝙ motus celi ex p/te mouentis est volũtarius. ex par/te tamẽ celi est neuter. Ad autoritatem in principio dico. ꝙ intelligit' ante iudicium.

Irca distinctõem quadra/gesimamnonam queritur. Utrum beatitudo cõsistat per se in opatione. Uidetur ꝙ non. nam Boetius tertio de ɔ̃solatio/ne dicit. ꝙ beatitudo est status omnium bonoꝛũ aggregatõne pfectus

sed ille status non est operatio. ergo rc. Ad oppositum est Aristo. primo ethi. felicitas est operatio optima rc. Ad istam questionem dr. quod felicitas vel btitudo est in operatione. nam primo ethi. de finit. in cuius definitione ponitur operatio Item .x. ethi. deducendo illam definitionem in qua operatione dicit quod dii quos arbitramur felicissimos. ideo eos arbitramur sic ex quo ipsos vivere suspicati sumus et non dormire. ideo operari. et sic ponit felicitatem in operatione speculativa. idem habes quod dii qui felices sunt operentur. et sine fine in continua operatione xii. metaph. c. vi. et c. iiii. idem. et .ix. metaph. c. iiii. In omnibus his probatur felicitatem esse in operatione. Preterea .ii. celi et mundi. Omnis substantia cuius est operatio est propter operationem suam Preterea Augus. primo de doctrina xpiana. summa merces est vt ipso perfruamur. in summa mercede est beatitudo. sed perfrui est operatio. ergo rc. ¶ Ad argumentum in principio dr. quod boetius accipit beatitudinem extensive. et sic non definit eam proprie.

Secunda que

stio quadragesime none distinctionis vbi queritur. vtrum btitudo immediatius perficiat essentiam vel potentiam. Videtur quod prius conveniat essentie. nam aliter sequeretur quod natura aie non esset btificabilis nisi de per accidens et per ponas quod est inconveniens. Ad oppo. non competit operatio essentie nisi mediante potentia .ii. de aia. In ista questione tria faciam Primo dicam quid sit btitudo. Secundo dicam ad quesitum. Tertio. An voluntas se habeat active ad btitudinem vel tantum passive. Quantum ad primum arti. dr. quod btitudo est duplex. s. simpliciter et secundum quid. Btitudo simpliciter est perfectio secunda immediate coniugens obiecto perfectissimo nobilissimo. Sed btitudo secundum quid est perfectio secunda coniugens minus nobili bono perfectissimo. et rc ex his respondet ad questionem precedentem. in ipsa enim ponit coniugere. nam in definitione dr coniugens. et cum coniugere sit operatio. tunc beatitudo erit operatio vt probatum fuit in precedenti questione. Quantum ad secundum articulum principalem et est principium huius questionis est opinio Hen. quol. x ii. q. xii. quod beatitudo primo perficit essentiam quam potentiam. Et ro sua est. quia btitudo fit per illapsum. et sic cum illapsus primo perficiat essentiam quam potentiam quia primo illabitur in aiam quam in potentiis aie. sic btitudo erit primo in essentia. sed doctor improbat. Conclusio doctoris est. quod beatitudo principalius perficit potentiam quam essentiam. probatur. nam perceptio huius perfectionis non convenit essentie nisi per potentias. Convenit per intellectum quidam ipsam cognoscendo per voluntatem tamquam ipsam degustando docente Hugone de sancto victore. Item in btitudine duo sunt. scilicet cognitio et amor. cognitio illuiat amor tamquam restrictio faciat in his btitudo consistit. s. in cognoscendo et in bonum amando. sed ista primo potentiis conveniunt. quod etiam potest haberi ex secundo de aia. et .ix. metaphisice. quod operatio non competit essentie nisi mediante potentia. sed felicitas est operatio. ergo rc. ¶ Quantum ad tertium articulum. Utrum simus causa

nostre btitudinis. est opio Tho. in iiij. di. pñti. q. iij. ꝙ substãtia actus est a potentia naturali. modus ꝟo qui ē forma actus ē ab habitu ⁊ ꝑ hꝫ nõ sumus causa btitudinis nr̃e. Cõclusio ꝓria doctoris ꝙ btũs est causa actiua sue btitudinis q̃ntuꝫ ad illud absolutũ qđ est in btitudine. et hoc si volũtas est cã actiua sue volitõnis. Jn solutõne q̃rte rõnis tenes ꝙ actus est ꝑfectioꝛ habitu ī ratione ꝑfectõis finalis. qꝛ īmediati⁹ attingit obiectũ finale. ⁊ in rõne ꝑfectionis formal' q̃a tanta ꝑfectio nõ posset ꝯpetere habitui in sũmo q̃nta actui tali in sũmo. Ptꝫ q̃a actus attingit deũ immediate. lꝫ mediãte habitu. ⁊ sic potes tenere ꝙ ꝑfectioꝛ est actus q̃ȝ habit⁹. Nota ꝙ hic glosatur illa auctoritas q̃ adducit̃ a nominalibꝫ ꝯ nos. Accñs nõ accidit accñti nisi quia ambo accidũt. sꝫ intelligit̃ in accñtibꝫ despatis. ⁊ nõ se habẽtibus sicut quãtitas ⁊ qualitas Nota ꝙ in ista q̃stione ad ꝓbandũ ꝙ prima propõ. i. ethi. habeat intelligi de deo. habẽs tres propõnes Prima. ꝙ inter omĩa nature intellectualis a ꝓpetibilia aliq̃d est eẽnti aliter et simpl'r primũ ⁊ supmũ ptꝫ Nam appetit⁹ vltimi' finis nõ est vanus primo celi. Scđa ꝯclusio supremũ appetibile vel volibile ⁊ solum illud cuilibet nature intellctũali simpl'r propter se est volẽdi. Tertia ꝯclusio. nulla natura intellcñal' vltimate ⁊ ꝯplete ꝑficitur nisi habendo supremũ appetibile. sed intellige ꝙ ꝑficitur ꝼm modũ sibi possiblem habendi illud. Ad argumẽtum in pricipio' dico ꝙ nõ est incõueniens ꝯcedere naturam intellcñalem btificari ꝑ accidens primo. ⁊ hꝫ loquẽdo de primitate siue ī mediatione ꝼm rõem. lꝫ sit incõueniẽs dicere ꝙ beatificet̃ ꝑ a ccidẽs loquẽdo de accidente reali aliq̃ mediãte

Ertia q̃stio

q̃dragesimenone distinctionis vbi q̃ritur Utrꝫ beatitudo ꝑ se ꝯsistat in pluribꝫ opationibꝫ solis. Videt̃ ꝙ sic. nam Aug⁹. xiiij. đ trini. c. v. dicit Btũs q̃ habꝫ quicq̃d vult. sed nõ tm̃ recte vult vnã opationẽ sed plures. nã si recte vult visionẽ et fruitõem Ad oppo. in quolibet ordine ē deuenire ad vnũ primũ. ergo inter fines. i. ethi. Anteq̃ȝ veniat ad determīandã materiã. ꝓmo ponit istam ꝓpõem ꝙ vni pñte esse duo īmediata. ⁊ p' ꝯñs vtrũq̃ȝ esse eque primũ. lꝫ nõ simpl'r. Sed scđo primũ instat ꝯtra istam ꝓpõeȝ sed soluit veniẽdo ad q̃sitũ. Jn ista q̃stione sunt tres opiones. Pria est Ricardi in iiij. di. pñti. q. vi. arti. i. ꝙ beatitudo ꝯsistit in actu tã intellectus q̃ȝ volũtatis. ⁊ ponit tres rõnes ad hoc. Scđa opinio ē sancti Thome in pñti di. q. i. arti. i. ad' secũdam q̃stiũculam. ꝙ btitudo ꝯsistit in vna opatiõe tm̃. et poit suas rõnes. Tercia opinio ē Scoti ꝙ accipiẽdo beatitudinẽ pro illo q̃ immediate attingit̃ obiectũ beatificũ vltimate distinguẽdo inter beatitudinem noticie intellectualis ⁊ potentie. Beatitudo nature intellectual' ꝯsistit in vnica opatione beatitudi

nis. Aliter potest dici ad questionem quod beatitudinem consistere in pluribus potest dupliciter considerari. Uno modo immediate. vel lij immediate non excludit medium alterius rationis. ut dicatur omnis potentia beatificabilis que immediate attingit obiectum beatificum et isto modo tam intellectus quam voluntas beatificatur immediate. et sic accipiendo beatitudinem totalem beatitudo consistit in tot operationibus quot sunt potentie potentes attingere immediate obiectum. Si vero lij immediate excludit medium alterius rationis quasi ij sic vel sic. alio immediatius siue perfectius attingens. siue ille illud sit ratio attingendi siue non. et sic beatitudo non consistit nisi in vnica operatione tamen utpote si principalius in intellectu. si vero perfectius in voluntate. ¶ Ad argumentum in principio dico. quod lij quicquid non accipitur hic pro quolibet appetibili diuisiue. sed pro vno in quo continentur omnia vnitiue.

Quarta que-

stio quadragesime none distinctionis. vbi queritur Utrum beatitudo per se consistat in actu intellectus vel voluntatis. Videtur quod in actu intellectus. patet Jo. xvij. hec est vita eterna. ut cognoscant te et cetera. Ad oppositum. xiij. de tri. Beatus est qui habet quicquid vult. ergo beatitudo est in voluntate. Item Augustinus primo de doctrina christiana. summa merces est ut ipso perfruamur. frui est actus voluntatis. ergo etc. In ista questione ponuntur quatuor opiniones Aliqui namque ponunt eam in actu intellectus Et ista opinio est sancti doctoris in iiij. dist. l. q. i. arti. i. ad secundam questiunculam. et dicit quod beatitudo principaliter et essentialiter consistit in actu intellectus. In actu vero voluntatis sicut in quadam perfectione extrinseca subueniente visioni. et isti habent dicere. quod immediate anima videns diuinam essentiam est beata. Est alia opinio que tenet alterum extremum. scilicet quod felicitas precise consistit in actu voluntatis. et isti dicunt quod alicui poterit communicari visio diuine essentie. et tamen non erit beatus. cum actus intellectus posset stare sine actu voluntatis. et iste est varro. Alij dicunt quod beatitudo est genus cuius species. sunt actus intellectus et voluntatis et isti habent concordare cum sancto doctore. quia si ponit species ergo et genus. sed beatitudo est genus ad actum intellectus et voluntatis. ergo posito actu intelligendi deum erit beatus. Et iste est Egidius de Rhoma. Est quarta opinio doctoris. quod beatitudo integratur ex istis duobus actibus. scilicet ex actu intellectus et ex actu voluntatis. nec consistit in aliquo istorum precise. sed est beatitudo propinquius in intellectu quam in voluntate. sed verius et perfectius in voluntate quam in intellectu. Et ratio est. nam quis non potest esse beatus nisi volendo deum. sed quis potest videre et non velle. ergo etc. Et si dicas visio beatifici obiecti necessitat voluntatem. Dico. quod iam fuit dictum in. j. distinctione. primi in illa questione. si apprehenso vltimo fine per intellectum. voluntas necessitetur fuit dictum quod licet necessitetur habitualiter. non tamen actua-

De 2ª Conclusio Secunda.

ter. In hac q̄stione tenes. q̄ lz in/tellectus sit prior assecutōne. tamen volūtas est prior pfectōe vel actus istarū potentiarū. Ad argumētū in principio ptz p ea que dicta sunt

Quinta que/

stio q̄dragesimenone di/stinctōnis vbi q̄ritur. Utrū beatitudo simplr̄ ɔsistat in actu volūtatis qui dicitur fruitio. Videt̄ q̄ nō, nā nō habens charitatē se nude videat essentiam diuinā q̄ nō includat cō/tradictionē pōt ea frui. ꝛ tamē sine charitate pōt esse beatus. xv. de tri. c. xix. sola charitas est que diuidit ī/ter filios regni ꝛ pditionis. Ad op/positū primo de doctrina xpiana. In ista q̄stione sunt duo arti. Pri/mus ē. in quo actu ɔsistit beatitudo Secūdus quō distiguit̄ fruitio btī/fica ꝛ nō beatifica. Quantū ad pri/mū arti. pono aliquas ɔclusiones. Primo q̄ in solo actu qui est fruitō ɔsistit beatitudo. Ptz. quia beatitu do est in volūtate ꝛ in amore. sz frui est amore inherere ꝓpter seipm. g̃ ꝛc Scḋa ɔclusio. q̄ nō in omi fruitio ne ɔsistit btītudo. ptz nā ñ est ī actu ɔcupiscentie. Et rō est. quia licet il le posset esse bonus si sit debite cir/cūstātionat⁹ tamē nō est bon⁹ ex rō ne sui vel obiecto. quia pōt esse im/moderat⁹. vt appet p Augustinuz octuagītatriū q̄stionū. q. xxx. puer/sitas est in vtendo fruendis. Item in secūdo dictū est angelū peccasse ī moderate ɔcupiscendo sibi obiectū beatificū. vt vult Augustin⁹ de ca/su diaboli. c. vi. Tertia ɔclusio. q̄ frui ē amor amicitie. ptz. quia frui ē inherere alicui ꝓpter seipm. sed ami citia vera ē amare aliquē ꝓpter seipz viij. ethico. g̃ ꝛc. Quarta ɔclusio q̄ btītudo nō ɔsistit in aliquo velle a moris cōcupiscentie. Hoc patet p secūdam ɔclusionē. ibi habes q̄ q̄/druplex est actus volūtatis tm̄ in genere. scz velle ꝛ nolle Velle dupli citer. aut propter se qḋ est amor ɔcu piscentie. i. q̄ homo magis se amet q̄z deum. aut propter volitū. ꝛ ille ē amor pudicitie vl' amicitie. vbi ha bes q̄ amor habitātis fit amor fru entis sic intelligendo q̄ ideo. quia amor meus habitat in deo. ꝛ habet in illo terminū. i. q̄ nō p alterum di ligo deū. sed ex magno amore ī deo habitāti me morti expōerē ꝛc fruor illo. Quant ū ad secūdum articulū quō distinguūtur fruitio beatifica et nō btīfica. Est opinio cōis theo/logorū q̄ non differūt specie. sed sm̄ magis ꝛ minus. nec tm̄ seq̄tur q̄ via tor sit btūs lz fruatur. q2 btītudo ī/ponit ad pcādū in gradu determia to ꝛ a natura specifica sic fundamē/to. ꝛ ideo fundamēto pt dici frui. sz nō dici beatus. Opīo propa q̄ dif/ferūt specie ꝛ seipis formaliter. sed a causis vel ab habitudine ad causas causaliter. ibi habes q̄ ponendo q̄ intellectus est causa ptialis volitio nis vel tm̄ causa sine qua nō potest saluari q̄ fruitio viatoris et visio beati differāt specie. sicut potest sal uari volitōes in specie distingui pe nes obiectum. licet obiectum sit tm̄ causa sine qua non. ¶ Nota in hac materia q̄ visio ptinet ad intellectū

fruitio ad volũtatem. securitas ad vtrũq3. ¶ Ad argumentũ in principio dicit. q̃ si sine charitate q̃s videret deũ nõ haberet fruitõem supernaturalẽ. quia nec actũ aliquẽ ꝑmũ supnaturalez ⁊ esse p̃cedit agere. nec per ↄ̃ns habet frui beatificũ

Sexta questio

q̃dragesimenone distinctionis. vbi q̃ritur Utrũ ad essentiã beatitudinis ꝑtineat securitas. Uidet q̃ sic ꝑm Augus. xiiij. de trini. c. viij. Ad oppositũ ꝑmo ethi. nõ est perfectius eo qd̃ diuturni⁹ exẽplificat de albo vni⁹ diei ⁊ vnius ãni. g̃ securitas nõ ꝑtinet ad btitudinẽ. In ista q̃stione ponit duos arti. vn⁹ de q̃sito. Scd̃s de causa illius securitatis ¶ Quantũ ad primũ arti. est determiatio doctorum sacre scripture. vt Matth. xxv. Ibũt iusti in vitã eternam. Et Math. xviij. erũt sicut angeli dei. Et ĩ psalmo. In secula laudabũt te. non pñt in seculũ laudare nisi sint ꝑpetui ⁊ ĩmortales. Item Aug⁹. xiiij. d̃ trini. c. viij. Btã vita eẽ nõ potest nisi sit ĩmortalis. Quãtum ad scd̃m arti. s. de cã ꝑpetuitatis. Pria opio est circa hoc sancti Tho. in q̃rto. dist. xvi. q. ij. arti. iij. ad tertiã q̃stiũculaz. q̃ ex se formaliter est ꝑpetua. Arguit Scotus ꝯ istã opionẽ. ⁊ iprobat eã. ⁊ quo ad hoc ponit vnã ↄclusionẽ. q̃ nihil aliud a deo est formal'r necesse eẽ Secũda opinio est Hen. q̃ fuit recitata in ꝑmo li. di. i. q. iiij. q̃re ibi ⁊ ei⁹ reprobatões Cõclusio Scoti q̃ licz intellcũs nc̃itate n̄ali videat obiectum pñs volũtas. tñ nõ seq̃tur vel nõ nc̃ario fruitur. hoc iã ꝓbatũ fuit in p̃ĩo. Tertia opio eiusdez Tho. q̃ ido necessitat q̃ intellect⁹ nc̃ario determiat ad videndũ ex luĩne gl'ie et volũtas determiat nc̃ario ad fruendũ ex charitate ↄsũmata iprobat Sed aliq̃s diceret g̃ vñ erit ista securitas btõꝝ. Di q̃ cã hui⁹ ꝑpetuitatis nõ est forma btitudinis q̃si ꝑ ipam btitudo sit formal'r necessaria nec natura potentiaꝝ istaruz quasi ↄtra obiectũ necessario ꝑpetuo operet. nec ẽ habit⁹ in potẽtijs q̃si necessario determiet potẽtias ad ꝑpetuo opandum. sed ẽ ex sola volũtate diuina que sic pfecte talẽ naturã intense ↄseruat in tali pfectõe ꝑpetuo Et hec ẽ intentio doctoris. Alij dicũt q̃ in tali visione deus sp̃ aliq̃d influit ⁊ q̃a nõ stat sine illo influxu. igit nec sine securitate. sed frãciscus reprobat hoc. Dicit ali⁹ q̃ deus est cã totalis btitudinis. ⁊ q2 est cã infallibilis sunt securi q̃ btitudo erit infallibil'. Et hec est bona opio nõ deuiando ab intẽtione Scoti. Sz hic ẽ magnũ dubiũ quõ Michael beat⁹ erit impeccabil'. nam ꝑ nihil intrinsecũ sibi h3 quãdo ↄtingẽter fruit. et ꝑ ↄ̃ns põt nõ frui. ⁊ sic peccare qd̃ est ↄtra Augustinũ ĩ enchiridion. Rñdetur cũ Scoto q̃ btũs in sensu ↄposito. i. btũs qd̃ peccet ⁊ q̃ sit btũs nõ põt stare. quia iã nõ esset btũs. sed ĩ sensu diuisiõis q̃ manens beat⁹ nõ habeat potẽtiã ⁊ possibilitatẽ ad peccandũ intelligit dupliciter. vl' ꝑ aliud sibi intrĩsecũ qd̃ excludat potẽtiaz talẽ. vel ꝑ cãm ex-

trinsecã. iõ dico q̄ nõ est cã intrinse
ca in michaele ad h̃ q̄ nõ possit pec
care. sed est cã extrinseca scȝ volun/
tas dĩna. Exemplũ si oculus dispo
situs nõ videt a remotis nõ est a cã
intrinseca sui. sed ab extrinseca. i. a
distantia vel ab ĩpedimento extrin
seco. eodem modo est in euangelio
Ad argu. in pñci. dr q̄ aug. accipit
p obiecto beatitudinis ⁊ nõ p actu

Eptima qõ

q̄dragesimenone disti. vbi
querit vtrũ gaudiũ de obiecto btĩfi
co sit de essentia vel ptineat ad eẽn
tiã btĩtudinis. vr̃ q̄ sic. nã delecta/
tio ẽ boni ⁊ optimi. sed btĩtudo ma
xime ⁊ eẽntialr̃ vnit optimo bono
qð nõ fit nisi p actũ fruendi ⁊ dele/
ctandi. ¶ Ad oppo. ad ptem intelle
ctiuã nõ ptinẽt passiões. delectatio
ẽ passio igit. In ista qõe ponit opi.
tho. in. 4. di. 48. q. 1. arti. 3. ⁊ Rich
in. 4. di. eadẽ. q. 6. arti. 3. Et isti te/
nent q̄ de essentia btĩtudinis ẽ dele
ctatio. Et rões ponũt ad h̃ Sȝ cõ
istas arguit sic. Nulla pfectio scða
est essentialr̃ btĩtudo. sȝ gaudiũ seu
delectatio ẽ pfectio scða supueniẽs
fruitioni vel delectationi. pbat ma
ior. qȝ btĩtudo est essentialr̃ seipã p
fctã qȝ seipã ĩmediate se cõiũgit fini
vltĩo ⁊ optĩo. sȝ h̃ nulli passionũ cõ
uenit cũ sit a posteriori passio. g̃ ⁊c̃.
Itẽ felicitas ẽ opatio p se sufficiẽs ⁊
pfecta. i. ethi. g̃ nõ indiget delectatõ
ne supueniẽte de p se lȝ bñ ex cõseque
ti cũ illa delectatio oriat a pñcipijs
illius opationis sic passio a princi/
pijs subiecti. Ex q̃ ponit opio scoti
q̄ delectatio nõ est de essentia btĩtu
dinis sicut passio nõ est de essentia
subiecti. Et hec ẽ opi. vera ⁊ cõsona
Aristo. x. ethi. Ad arg. in pñ. ptȝ p
ea que dicta sunt.

Ctaua q̃stio

q̄dragesimenone di. vbi q̃
rit vtrũ natura hũana sit infima na
tura btĩtudinis capax. vr̃ q̄ nõ. naȝ
cause inferiores sũt btĩtudinis capa
ces cũ tles vltimate qetant in suis
vltimis finib. g̃ beatificant. ¶ Ad
oppo. xiiij. de tri. c. xix. Ad istã qões
rñdet q̄ sic vȝ. j. Cor. xiij. Sȝ ẽ du
biũ an hoc possit rõne naturali p/
bari ẽ pma opio phoꝝ q̄ nõ põt rõe
naturali pbari. nã fm phos nõ pos
sumus rõne naturali pbare deum
posse a nobis cognosci nisi in effe/
ctib ⁊ in gñali. Scða opio cõia
q̄ rõne naturali põt pbari naturã hu
manã esse capacẽ btĩtudĩs. Et hec
sit pma cõclo. vbi etiã hẽs q̄ ens in
qntũ ens ẽ obiectũ intellectus nr̃i
Itẽ hẽs q̄ naturali rõe põt videri vel
ondi q̄ deus põt ab ĩtellectu hũano
clare videri. Scða cõclo q̄ nlla na
tura inferior natura hũana ẽ subie/
ctũ btĩtudĩs cũ tales nature careãt
rõe p cõns volũtate. Tercia cõclo q̄
aliq natura inferior natura hũana
ẽ fm qd btĩficabilis vt sensus attin
gens suũ obiectũ. Quarta cõclo q̄
nec lapis nec aliqd aliud ab hoie in
